



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

Titulus II. De Foro Competente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62656)

Paulo V. super Tribunalium reformatione editam, tres duntaxat, ex totidem substantialibus, scilicet Jurisdictionis siue competentiae in iudice, Mandati in procuratore & Citationis defectibus provenientes, attendi, notant *cit.* Honorius n. 31. & Card. de Luca *Theatri V. & J. de iudiciis disc.* 38. num. 22. quibus *cit.* n. 31. & à Ridolphino *Prax. iudic. p. 1. cap. 31. num. 284.* additur notorius defectus Iustitiae; quod sententia lata sit contra apertum Jus Constitutionis, aut ea non iustificetur ex actis, ob non probatam intentionem Actoris. Ratio est; quia notoria Injustitia idem, quod Nullitas, operatur & sententiam nullam reddit, *c. 1. & c. Inter ceteras 9. de Sent. & re iudic.* ut in hunc textum notant Felinus n. 10. & aliis relatis Barbosa num. 4. etiamsi causa cum clausula, *Appellatione remotâ,*

commissa fuisset; quia ista vim non habet, ubi sententia notoriè est iniqua, Felin. *in c. Causam 14. de Sent. & re iudic. n. 3. & Scaccia de Appellat. q. 16. limit. 1. num. 84.*

In Camera quoque Imperiali, si cau. 115. sã principalis merita discussa & ex allatis liquida sint, ex solius Processus & Solemnitatis defectu provenientes Nullitates regulariter non attendi, asserunt Gaill. *Lib. 1. Observat. 42. à n. 1. & Mynsinger Centur 5. Observat. 93.* quod in ea ex æquitate magis, quam rigore Juris soleat procedi: & cum de causæ meritis constat, sine aliis ambagibus pronuntietur; ut, litibus citius perductis ad finem, consulatur tranquillitati publicæ: cujus favore, Positivo Jure proditarum solemnitatum defectus Imperiali auctoritatè, in curia illa eminente, suppleantur.



TITVLVS II.

De Foro Competente.

Actione Judiciali aliquem pulsaturo curandum ante omnia est; ut eum conveniat in Foro & coram Iudice Competente; ne, si evocetur ad Incompetentem, excipiendo declinet; & non Actionem duntaxat, sed ipsum quoque Judicium excludat: aut, si hoc subeat, contra eum acta lataque sententia facillè arguatur Nullitatis.

ARTICVLVS I.

De Fori Natura & Varietate.

SUMMARIUM.

1. Fori significatio varia est.
2. Hic ejus nomine venit locus iudicij.
3. Vel hoc exercentis iurisdictionis.
4. Dividitur in Ecclesiasticum & Seculare:
5. In Externum & Internum:
6. Et hoc rursus in Sacramentale & non Sacramentale.
7. Commissionem causarum, pertinentium ad forum Ecclesiasticum, utriusq;
8. Et externi tantum fori iurisdictionem commissam, asserentium Opiniones,
9. Distinctio.

E 3

9. *Distinctionis sedere conciliantur.*
10. *Alio judicialis deducenda est in foro Rei.*
11. *Judex alius Incompetens, alius etiam Incapax est jurisdictionis.*
12. *A quorum prioris.*
13. *Non etiam à posteriori ad forum citatio subsistit.*

1. **F**ori nomine hoc loco non venit locus, rerum venalium expositioni ac negotiationi destinatus; neque etiam districtus sive territorium, cujusque judicis subjectum jurisdictioni, ut *l. Pupillus 239. §. 8. ff. de Verb. Signif.* Sed, Vel locus exercendis sive discutiendis & judicis pronuntiatione terminandis litibus deputatus, ut *c. Forus 10. pr. Rubric. sit.* qui locus etiam Judicis Tribunal, *l. 1. ff. de Judiciis, Auditorium, c. Non putamus 2. de Consuetud. in 6. §. l. Contra 54. §. 1. ff. de Re judicata,* imò & Consistorium, *c. Romana 3. pr. de Appellat. in 6. præsertim summi Principis nuncupatur, l. 1. c. de Comit. Consistorial. & Novell. 23. cap. 2. Hostiens. in Summa, hâc Rubric.*
3. *num. 1. & 20.* Vel judicium exercentis jurisdictionis & potestas publica de causa in judicium deducta cognoscendi ac pronuntiandi, Panormit. *in hanc Rubric. ad finem, ubi Ant. de Butric in fine, & Barbatia num. 6.* ut ratione domicilii vel delicti, ratione contractus vel rei sitæ, alioque judicis forum sortiri, idem sit, quod ratione domicilii & ejus jurisdictioni ac potestati Judiciali esse subjectum; ut proposita actione coram eo valeat conveniri, *c. fin. pr. ut cum interpp. cit. Fori nomine, si subjecta materia patiat, Jurisdictionalia venire asserentibus, notat Felician. Oliva de Foro Eccles. p. 59. 1. n. 4.* Quò modò & in proposita Rubricæ sensu sumptum
4. **F**orum celeberrimâ usûque tritissimâ

partitione in Ecclesiasticum & Seculare dividitur, eodem planè sensu, quò Judicium *Tir. præced. n. 2.* & jurisdictionis divisa est *Lib. 1. tit. 32. num. 3. &* quò potestatem publicam, quâ humanum genus regitur, in Spiritualem & Temporalem Nicolaus I. *can. Cum ad verum 6. dist. 96.* in Pontificalem & Regalem, Innocentius III. *c. Solita 6. de Majoris. & Obed. & Imperator Novell. 6. pr. in Sacerdotium & Imperium sunt partiti.*

Ecclesiasticum Forum ulterius à TT. pariter & JCT. recepta divisione aliud Internum dicitur & aliud Externum quæ Poli Fortique Jura seu Fora nuncupantur *can. Quicumque 43. in fine, 17. q. 4. Glosa in c. Qua in Ecclesiis 7. V. Constituerunt, de Constitut. eoque distant;* quòd reus in isto sive externo secundum allegationes ac probationes à litigantibus deductas: in illo autem sive interno Foro secundum conscientiam ipsius propriam absolvatur, vel condemnatur seu ligetur. Unde judicium, quod in externo foro exercetur, ab interno seu Poli atque, ut etiam vocatur, *Conscientia & Anima* foro etiam differt in utroque concurrentium personarum numero & varietate; cum in illo, præter Actorem Reumque & medium inter ipsos Judicem, intervenire soleant Assesores seu Consiliarii, Procuratores, Advocati, Testes, Executores & similes Justitiæ ministri; atque insuper produci Instrumena aliæque, ad fidem de re dubia & controversia judicij faciendam, idonea argumenta: in isto autem sive interno foro judicium duabus tantum personis, Judice & Reo, peragatur, solòque istius Conscientiæ & Confessionis propriæ testimoniò nitatur.

Internum quoque seu Poli & Conscientiæ Forum ulterius dividitur in Pœnitentiale sive Sacramentale & non Sacramentale; neque enim jurisdictionis, pro interno

interno foro concessa, necessariò semperque Pœnitentiæ Sacramenti administratione, sed aliquando extra hanc explicatur; cum, si alicui committatur dispensatio in foro Conscientiæ sive interno &c., ut S. Pœnitentiariæ litteris frequenter solet, eam præviâ Confessione Sacramentali faciendam, non exprimitur, ea extra hanc expediri valeat: idemque sit de commissa absolute à censuris, si eam ad forum Pœnitentiale restrictam, non appareat ex tenore rescripti, ut cum Navarro *Manual. cap. 27. n. 41.* Rodriguez *Tom. 1. Regular. q. 61.* Sanchez *Lib. 8. de Matrim. disp. 34. num. 29.* sustinet *cit. Oliva num. 17.* ubi in irregularitatibus ac suspensionibus, ortis ex delicto occulto, &c. dispensandi facultatem, à S. Synodo Trident. *Sess. 24. cap. 6. de Reformat.* concessam Episcopis, ab his per se aut vicarium, specialiter ad id deputandum, extra Confessionis Sacramentum explicari posse & consuevisse, ait, non obstante *cit. Synodalis decreti clausula, Injuncta pœnitentia salutari;* quia hæc, sicut in, sic & extra Pœnitentiæ Sacramentum imponi potest etiam ab eo, qui Sacerdotiò initiatus non est, ut cum D. Thoma *in 4. dist. 18. Navarro cit. n. 4.* Covarruvia *in c. Alma p. 2. §. 11. num. 20.* & aliis idem notat *n. 17. in fine.* Ex dictis

7. Dubium nascitur, an generali commissione eorum, quæ ad forum Ecclesiasticum pertinent, utriusque, tam interni, quam externi fori, jurisdictione comprehendatur; id enim & Pœnitentialis quoque fori jurisdictionem, ad casus etiam reſervatos porrectam, commissam censerit, vult Barbatia *cit. num. 6.* quod commissio genere omnes species, isto comprehendat, commissæ intelligantur perinde, ac si omnes species essent expressæ, *l. Si eborus 79. ff. de Legat. 3. §. 1. Si duo 51. ff. de Administr. tut. & dispositionis cujus-*

cunque verba comprehendant omnia, quæ veniunt ex verborum proprietate, per tradita à Tuscho *Prætic. V. Verba, conclus. 122. à n. 1.* & Steph. Gratiano *Diſcept. Forens. cap. 545. n. 26.* & tradenda *Lib. 6. c. 40. n. 33.* jurisdictione autem Ecclesiastica sit genus respectu jurisdictionis & fori utriusque, ejusque nomine propriè acceptò comprehendatur jurisdictione fori tam interni quam externi. Contrà, ejusmodi commissionem ad interni fori jurisdictionem non porrigi, volunt alii apud laudatum Olivam *n. 9.* quòd in generali commissione non veniant ea, quæ in specie quis verifimiliter non esset concessurus, Regula est *81. in 6.* ut adèd, sicut generali commissione vicariatus potestas inquirendi, corrigendi & puniendi excessus, & libera collatio beneficiorum, *c. Licet 2. §. c. fin. de Offic. Vicar. in 6.* sic etiam generali commissione, spectantium ad forum Ecclesiasticum, interni fori jurisdictione concessa non intelligatur. Ita isti in partem utramque.

9. Ego hæc in re non solum præ oculis habenda verba commissionum, sed committentium etiam praxin, aliisque circumstantias ponderandas, judico; ut, si iis de committentis mente verifimilis conjectura appareat, utriusque vel alterius sive externi duntaxat fori jurisdictione commissæ intelligatur. Tali autem conjecturâ in neutram partem militante, adhibendam cenſeo distinctionem; vel enim ejusmodi commissionis ad Pœnitentiale forum extensione nemini aut soli committenti, vel alicui tertio præjudicatur?

Si prius, & nemini vel soli committenti præjudicatur, interni quoque & Pœnitentialis fori jurisdictionem commissam, existimo cum Panormit. *in c. Quia circa 22. de Privileg. n. 3.* Felino *in c. Causam 18. de Rescript. n. 12.* Surdo *Lib. 2. consil. 4. n. 73. & cit. Oliva*

n. 10. Ratio est; quia talis commissio rationem habet beneficii Principis, latam recipientis interpretationem. *c. Quia circa cit. c. Cum dilecti 6. de Donat. §. Beneficium 3. ff. de Constitut. Princip.*

Si posterius, & ejusmodi commissionis ad Poenitentiale forum extensione alicujus tertii v.g. ordinariæ jurisdictioni præjudicetur, illam ad externi fori jurisdictionem restringendam, puto cum *Glossa in Clement. in V. Nolumus. de Offic. deleg. Zabarella ibid. n. 13. & cit. Oliva n. 15.* Ratio est; quia delegatio seu commissio jurisdictionis in his, quæ ordinariæ & alterius tertii jurisdictioni detrahunt, odiosa & stricta est interpretationis ad eò; ut, si non exprimitur, illi ipsius summi Principis commissione derogatum non intelligatur per ea, quæ *arg. Reg. Odia 15. in 6. tradunt Covarr. p. 2. de Sponsal. cap. §. 8. n. 9. cit. Tucherus V. Beneficium. concl. 50. à n. 1. Menoch. Lib. 2. præsumpt. 9. n. 10. & Suarez Lib. 8. de LL. cap. 27. n. 8. De Foro Conscientiæ interno Lib. 2. tit. 16. art. 9. Lib. 5. tit. 38. toto & alibi passim.*

Ad propositam verò Rubricam de solo externo & Contentioso foro agitur: in quo litigantium controversiæ, ut ritè dirimantur, deducendæ sunt ad forum & judicem competentem sive eum, cujus jurisdictioni subiectus est reus, cum, ut *c. Cum sit 8. Lucius III. ait, Generale sit, ut alior sequatur forum rei;* ac proinde omnino necessarium; ut actor subiturus judicium, quam habet, Actionem proponat in foro & coram judice proprio ejus, quem eà est impetiturus; ne, si iste ad forum & judicem non suum evocetur per citationem, de incompetencia excipiat, & contra eum formatus processus careat effectu, *l. Si militaria 2. C. Si à non competente. l. §. 1. V. Hac autem. ff. Quod quique jur. in alter. §. l. Si quis 6. §. 10.*

ff. de Injusto rupto Sc. Gaill. Practic. Lib. 1. observat. 40. n. 8. §. 10. Unde

Dubium oritur, de valore sententiæ, **II,** lata contra reum, ad forum sive judicem incompetentem citatum. Quam, licet primo intuitu indiscriminatim valore destitui, decisum videatur, *c. At si clerici. 4. pr. de Judiciis,* distinctione tamen opus est inter judices incompetentes; quidam enim tales sunt simpliciter; ut eorum jurisdictioni nec partium consensu prorogari queat: sicut judex Secularis est respectu causarum merè Ecclesiasticarum: ut sunt, quæ inter clericos, & quæ inter laicos de rebus & juribus spiritualibus hisque annexis vertuntur; cum laici de talibus, tam incidenter quàm principaliter, in judicium deductis cognoscere non possint, *c. Decernimus 2. c. Quando 3. c. Tuam 3. c. Causam Sc. Si judex cit. Alii verò, licet incompetentes sint, competentes tamen fieri possunt, partium, eorù jurisdictionem in se prorogantium, consensu, c. Significasti 18. hanc Rubric. l. 1. §. l. Consensisse 2. pr. ff. de Judic. sicut judex Ecclesiasticus, licet per se respectu causarum temporalium, controversiarum inter laicos, incompetens sit, *can. Cum ad verum 6. dist. 69. §. c. Causam cit. istorum tamen, ipsius jurisdictioni in tali causa se subijcientium, consensu ac prorogatione competens fieri potest, l. Judices 9. C. de Episc. aud. Quò probè notatò satis expedita propositæ dubitationis resolutio est; vel enim sententia lata est contra citatum ad forum sive judicem priori, vel posteriori modò incompetentem?**

Si prius, sententia contra eum, ad forum simpliciter incompetens citatum; ac proinde, quæ à judice simpliciter incompetente lata est, valore ipso jure destituitur, ex rescripto Alexandri III, *c. At si clerici cit. ibi, Sicut sententia à non suo ju-*

fuò giudice lata non tenet; ut ad eò nullitatis viciò insanabili labore sententia, à Seculari iudice lata contra personam Ecclesiasticam, tam Secularem, quàm Regularem, cujuscuncunq; criminis, ex Feudali Jure non descendens, ream delatam & ad forum Seculare citatam: uti & lata contra laicum in causa merè spirituali & Ecclesiastica ad idem forum citatum, *c. cit.* uti & l. 1. §. 1. *V. Hac verba, ff. Quod quisque jur. l. Si militaris 2. & l. fin. C. Si à non compet. jud. ex quarum ll. decisione irrita est sententia à delegato lata super negotio ipsi non commissio, & in commissum non incidente eive accessorio, c. P. & G. 40. de Offic. deleg. uti & à iudice jurisdictionem ad certam quantitatem restrictam habente lata super summâ, quantitatem illam excedente, ad eò; ut ne quidem quoad summam, ejus jurisdictionem non excedentem, subsistat, Bruneman in l. Si militaris cit. n. 3. Ratio est; quia jurisdictionis basis ac fundamentum est omnis iudicii ac sententiæ, Baldus in l. Rubric. cit. n. 2. & Gaill. Practic. Lib. 1. observat. 42. n. 9. atque idcirco, ubi deficit jurisdictionis, iudicium non est, & nec sententia, nec iudicatum dici potest, *V. Verba cit. & l. Rei 2. §. fin. ff. de Penis.* Hinc certè est; quòd, licet à pronuntiatione iudicis ita incompetentis non appelletur, ea tamen nunquam transeat in rem iudicatam: & exceptio nullitatis, ortæ ex defectu jurisdictionis: semper etiam post tres sententias conformes, opponi queat; dummodo de tali incompetencia & omnimodæ jurisdictionis defectu evidenter constet, Glossa in Clement. Unic. V. Non obstantè, de Sequest. post. Alexand. Vol. 2. consil. 77. à n. 9. & cit. Gaill. n. 11.*

13. Si posterius, & iudicis per se incompetentis jurisdictionis potuit prorogari, & per citationem in jus vocatus fori declinatoriam sive incompetentiæ exceptio-

nem ante litis contestationem non operosuit, contra eum à iudice lata sententia tenet; quòd pars litigans ab eo in jus vocata, cum incompetentiam non ignoraret, comparandò & fori declinatoriæ exceptione non oppositâ, litigandò in ipsius personam consensisse, ipsiusque jurisdictionem in se prorogasse; ac proinde eum, qui suus & competens non erat, competentem suumque iudicem fecisse intelligatur, arg. c. Significasti l. 1. & l. Consensisse pr. cit. Baiardus ad Clarum §. fin. q. 55. num. 1. Si iudex incompetens errore aditus fuisset, sententia hòc quoque casu nulla foret; quòd, cum errantis nullus sit consensus, l. Non idcirco 9. C. de J. & F. J. is, qui iudicem, quem adiit, suum esse ignoravit, ejus jurisdictionem in se prorogasse non intelligatur, l. Si per errorem 15. ff. de Jurisdic. Bruneman. in l. Si militaris cit. n. 4. Unde, qui incompetentiæ fuit ignarus, ejus postea cognita exceptionem post litem contestatam opponere potest, c. Pastoralis 4. de Except. ubi Glossa V. Postmodum & Panormit. n. 33.

ARTICULUS II.

De Foro Competentæ
ratione Originis & Domicilij.

SUMMARIUM.

14. Forum reus diversimodè sortitur.
15. Ratione Originis id sortitur in loco I. Nativitatis propria:
16. Non tamen sortitur,
17. Extra casum, quò ex patre domiciliò carente est natus.
18. Vagi sunt, qui carent domiciliò,
19. Etiam, dum ad hoc in loco constituendum tendunt.

F

20. II. 17

20. II. In loco natiuitatis paterne:
 21. Non etiam materno: nisi vulgò
 conceptus aut spurius sit.
 22. III. In loco natiuitatis avite,
 23. Si nepos avò vivente est conceptus.
 24. Non etiam in loco aliorum ascen-
 dentium per lineam paternam.
 25. Ratione domicilij reus forum forti-
 tur in loco, in quo habitationem
 stabilem Animò & Fato,
 26. Etiam sine rerum suarum transla-
 tione,
 27. Et sine commoratione decennid con-
 tinuata, constituit.
 28. Id in pluribus locis habere potest.
 29. Quasi domicilium obtinetur in lo-
 co habitationis temporanea.
 30. Reus in Domicilij potius, quam Ori-
 ginis loco solet conveniri:
 31. Ad quem citari,
 32. Et, contumaciter absens, excommu-
 nicari potest.
 33. Etiam in loco quasi domicilij reus
 convenitur.
 34. Clerici in loco sui beneficij.
 35. Residentiam exposcentis.
 36. Religiosi coram Prelato suo Regu-
 lari:
 37. Studiosi &c. in loco suorum studio-
 rum &c.
 38. Etiam super contractibus & deli-
 ctis alibi gestis vel commissis.
 39. Praesertim, si verum domicilium a-
 libi non habeant:
 40. Vagi, ubi inveniuntur:
 41. Et fideles quicumque in causis spi-
 ritualibus Roma conveniuntur.

14. **V**arii modi & causa sunt, ex qui-
 bus Reus Forum sortitur &
 subijcitur alicujus, Ecclesia-
 stici vel Secularis, iudicis ju-
 risdictioni; ut coram eo valeat conve-
 niri.

Et primò quidem illud reus sortitur 15.
 ratione Originis Imprimis in civitate,
 oppido, vico &c. in quo est natus, l. Qui ex
 vico 30. ff. ad Municipal. l. 1. C. de Muni-
 cip. & Origin. l. Cum neque 5. l. Cives 7.
 C. de Incolis &c. Cum nullus 3. de Temp.
 Ordinari. in 6. Quod sicut satis explora-
 tum, sic

Dubium & ancipitis resolutionis 16.
 controversia est, an etiam ratione Ori-
 ginis sortitur in loco, in quo ex matre tran-
 seunte & ad locum domicilij properante
 editus est in lucem. Id enim cum Bar-
 tolo in l. Filios 3. C. de Municip. & Orig.
 n. 4. in c. Rodolphus 35. de Rescript.
 negant Panormit. n. 9. Felinus n. 13.
 Barbata n. 97. Socin. Sen. Vol. 1. con-
 sil. 35. num. 6. Afflict. Decis. 384. n. 4.
 & alii, Regulæ instar statuentes, ut quis
 ratione propriae originis sequatur locum
 necessarium esse; ut natus sit in loco, in
 quo parentes constitutum habent domi-
 cilium, in eoque non sint tanquam tran-
 seuntes, arg. l. 1. ff. de Captiv. & post. m.
 ubi reversus cum matre recuperat civita-
 tem: licet mater fuerit & peperit apud
 hostes. Rationem reddunt; quòd se-
 cundum Juris censuram non censetur
 quis in loco, in quo consistit solo corpo-
 re, sed in quem deferretur animi destina-
 tione, l. Nihil 26. ff. Rubr. cit. & l. Hujus-
 modi 84. §. 10. ff. de Legatis 1. Dissentiant,
 & talem pro loci natiuitatis Originario,
 cum Alexand. in §. 10. cit. n. 4. Jason
 ibid. n. 14. Paulo Castr. in l. Prator
 ait 4. pr. ff. de Edendo n. 5. & Croto
 in l. Si quis 15. ff. de Usurp. & Usucap. n.
 104. habent Interpp. alii, relati à Mal-
 cardo de Probat. conel. 1147. n. 7. &
 ducti l. Cives cit. quà civis quis origine
 in suà natiuitatis loco constituitur. Ra-
 tionem reddunt; quòd in acquirenda o-
 rigine veritas potius, quàm patris desti-
 natio attendatur, l. Assumptio 6. pr. ff. ad
 Municipal.

Municipal. cum, si destinationis paternæ major, quam veritatis ratio habenda esset, ex matre cum patre Romæ Viennam, domiciliū constituendi animo, tendente in itinere natus Filius Originarius civis esset Viennæ, ubi pater domiciliū non habuit, imò nunquam fuit; quod utique est absurdum.

Has DD. Opiniones distinctionis ope in concordiam reducit Petr. Barbosa in *l. Heres absens 19. §. Proinde 2. ff. de Judiciis Art. de Foro orig. n. 18.* ubi in itinere natum, non suæ nativitatē, sed paterni domiciliū civem ratione originis censerit, ait, si ita in lucem editus sit, dum pater ad domiciliū, quod alibi fixum habuit, cum matre properaret, vel etiam ex eo negotii causā, illò confectò rediturus, discederet; quòd hòc casu militet ratio *l. Nihil cit. §. 10. cit.* textus. Casu autem, quòd pater cum matre à loco domiciliū, non rediturus, sed id alibi constitutus, discedit, in itinere natum, Originarium asserit, ejus loci esse, in quo editus est in lucem *l. Civis cit. §. 1. pr. ff. ad Municipal.* ne Originarius esse dicatur loci, in quo Pater domiciliū nunquam habuit, aut fuit. Ut adeò de Jure prior Opinio regulariter; posterior autem secundò hòc casu in natis ex vagabundis procedat. Hinc quoque

17. Dubium nascitur, quinam propriè sint vagabundi. Qua in re satis convenit, tales esse, qui nullam certam habitationem & domiciliū habent, sed navigant, aut iter faciunt per mundum, ut ex *l. Ejus qui 27. §. 2. in fine. ff. Rubr. cit. cum Glossa in c. Cum quis 2. V. Domicilia, de Sepult. in 6. Joan. Andr. in c. Omnia 12. de Penit. §. remiss. n. 17. Hentic. de Boich ibid. n. 14. desumit Navarrus in casu. Placuit 3. disp. 6. de Penit. v. 75.*

18. De eo autem, qui relicto priori domiciliò iter facit ad locum, in quo domi-

cilium constituere destinavit, an vagis adnumerandus sit, dubitandi ratio est; quòd talis, licet careat domiciliò habitationis, non tamen careat domiciliò propriæ originis: quòd etiam, & non solò habitationis domiciliò ut vagus careat, apud Clarum §. *fin. q. 39. n. 8.* aliqui requirunt. Sed malè; quia aliàs vagus nemo esset præter eum, cujus originis seu nativitatē civitas, vel locus penitus esset everlus, vel chafmate, seu terræ hiatus aut mari absorptus. Quare vagabundis is quoque accensendus est, qui à pristino domiciliò discedens iter facit, quærens, ubi domiciliū collocet: imò id in certo animòque jam destinato fixurus; nam & de hoc, dum est in via, procedit illud Celsi JCT. *1. Nam hunc puto sine domiciliò esse, §. 2. cit.* quia, dum in via est, animò & factò discedendo prius domiciliū amisit: posterius autem nondum acquisivit; cum sola animi destinatione sine actualis habitationis factò domiciliū non comparetur, *l. Domiciliū 20. junctà Glossa V. Eòdem. ff. ad Municip. ut n. 25.* dicitur Ita cum Interpp. *cit. & Claro cit. n. 8.* Barbosa §. *Proinde cit. Art. de Foro delicti, n. 17.* Henriquez *Lib. 11. cap. §. n. 3.* & Sanchez *Lib. 3. de Matrim. disp. 25. n. 1. §. 3.*

Deinde Originis forum quis fortitur in loco originis paternæ, sive in civitate, oppido, vico, in quo natus est pater, *l. Assumptio cit. §. 1. l. Ejus què 9. ff. ad Municipal. §. l. Civis cit.* adeò; ut, si pater alicujus loci civis domiciliū mutet ac transferat in locum alium, in isto natus filius non solùm ratione originis propriæ, sed etiam paternæ forum fortitur in loco, in quo pater est natus, Bartolus in *l. Assumptio cit. n. 2. Dominic. in c. Nullus cit. n. 10. & cit. Barbosa n. 25.* qui tamen rectè monet, ex consuetudine in propriæ & paternæ quoque

- quoque originis foro quem conveniri, hodie non consuevisse n. 35. & de Jure etiam non posse, nisi in eo reperiat, n. 37.
21. Maternam originem & forum filius non sortitur, l. *Filios* 3. C. de *Municip. & orig.* nisi vulgò conceptus, l. *Vulgò* 27. ff. de *Satu hom.* vel spurius sit, l. *Ejus qui cit.* cum enim talis patrem, quem demonstrat, non habeat, vel eum, quem habet, honestè nominare non possit, l. *Vulgò cit.* ubi Bruneman. n. 1. matris suæ originem, forumque eum sequi oportet, Boërius *Decis.* 13. n. 10. cit. Barbofa n. 8. & Oliva de *Foro Eccles.* p. 3. q. 21. n. 3.
22. Demum Originis forum quis etiam sortitur ratione originis avitæ, l. *Liberus* 17. §. 9. ff. ad *Municipal.* Qua in re tamen locus, jmdò opus est distinctione; vel enim ad natò, aut saltem conceptò, avus vixit, aut jam fuit mortuus? Si prius, ut avi forum nepos fortitur, Bartolus in l. *Assumptio cit.* §. 1. in fine exposcit, ut sit in avi potestate. Sed contra §. 9. cit. textum; cum ex isto originem naturalis avi nepos sequatur etiam, si natus sit in familia adoptiva: quò casu certum est, nepotem non naturalis, sed adoptivi patris subijci potestati, §. *Illud* 10. V. *Quodsi*, *Instit.* *Quib. mod. patria potestas toll.* Quare melius nepotem, conceptum avo vivente, istius originem & hujus ratione forum quoque sequi, cum Baldo in l. *Cui jurisdicção* 2. ff. de *Jurisdicção*. n. 4. Salyceto *ibid.* n. 6. Marian. Socin. ad *hanc Rubr.* n. 15. ad finem docet cit. Barbofa n. 27. & 31. Si posterius & avò jam mortuò conceptus est, ejus originem nepos non sequitur, ut cum Alex. *Lib. 5. consil.* 16. n. 9. idem docet n. 28.
24. Sicut hujusmodi avi, sic nec proavi aut ulteriorum, per lineam paternam ascendentium originem quis sequitur, Glossa in l. *Assumptio cit.* V. *Non Domicilium cit.* Barbofa *num.* 22. & Oliva
- cit.* q. 21. n. 2. ne loci, in quo Adara conditus & natus est. Noe, Originarii omnes homines judicentur, ut in l. *Filios cit.* cum Glossa V. *Patriæ*, notat Bartol. *num.* 2.
- Secundò Forum Reus sortitur ratione Domicilii habitationis, quod duplex statui à DD. solet.
- Unum Habitationis stabilis ac permanentis: ad quod in loco comparandum exiguntur duo, Animus & Factum, l. *Domicilium cit.* ubi Glossa V. *Domicilium*, ait, *Factò subintellige & animò; nam hæc duo sunt necessaria.* Animò quidem in loco habitationem perpetuam ac stabilem, sive ad nullum certum tempus definitam, constituendi, l. *Nec interest* 26. ff. de *Captivis & postlm.* cujus pr. Florentinus JCT^o ait, *Ita tamen, si eam mente venerit, ut non illò revertatur: nec enim satis est, corpore redisse, si mento alienus est.* Factò autem habitatiònis in loco constitutæ: etiam si quandoque ex causa, vg. peregrinationis, muneris vel negotii gerendi vel perficiendi, sed rediturus, aliò avocetur, Glossa *fin.* in l. *Cives cit.* Panormit. in c. *fin.* de *Paroch.* n. 8. Felinus in c. *Dilectus* 29. de *Rescript.* n. 12. Marian. Socin. in *cap. fin.* *hæc Rubr.* n. 25. Sylvester V. *Domicilium* n. 2. Navarrus ad *Rubr. de Temp. ordinar.* *Consil.* 10. n. 2. Menoch. de *Arbitr.* *casu* 86. n. 2. & Sanchez *Lib. 3. de Matrim. disp.* 23. n. 1. & 2.
- Neque ad domicilii comparationem necessarium est Primò; ut quis, ultra habitationem in loco constitutam, in eo habeat majorem partem rerum suarum ac fortunarum, ut vult laudatus Barbofa in l. *Exigere* 65. ff. de *Judicis* n. 62. in eam rem allegans, l. *Cives cit.* ibi, *In loco habere domicilium non ambigitur, ubi qui larem rerumq; ac fortunarum suarum summam constituit & l. Senatores* 2. C. *Ubi Sens-*

Ubi Senatores, & Clariss. ex cuius Imperiali rescripto Senatores conveniuntur & respondere tenentur, *Ubi larem foverint, aut ubi majorem bonorum partem possident & assiduò versantur.* Sed male; cum enim posteriori hòc textu ad domicilii comparationem, ultra habitationis assiduitatem, alternatimè duntaxat exigatur; ut larem quis foveat in loco, vel majorem bonorum partem in eo possideat, perpetuam posterius hoc ad illius comparationem determinatè necessarium asseritur: & statuendum omnino est, ad domicilii comparationem in loco sufficere habitationis in eo constitutionem, animò stabiliter in eo permanendi, ut cum *cit.* Panormit. *in fine*, Bartolo *in l. Non solum* §. *S. Morte* §. *ff. de Novi oper. nunt.* n. 17. *cit.* Menoch. n. 6. §. 18. & ipsomet Barbosa, sibi contrario, *in l. Hares absens* *cit.* §. *fin. n. 78.* & aliis tradit *cit.* Oliva n. 2. nihil obstante *l. Civis* *cit.* quia hæc exaudienda est de casu dubio, quò de animo in loco perpetuò habitandi neque ex voluntatis declaratione expressa, neque ex alia conjectura satis constat; tali enim casu ex rerum ac fortunarum summæ in locum translatione stabiliter in eo permanendi animus rectè præsumitur: licet, cum iste aliunde exploratus est, id necessarium non sit, & domicilium in loco constitui queat, fortunarum majore parte, imò omnibus bonis alibi existentibus, ut *in l. Civis* *cit.* notat Bruneman. n. 5. cum Platea *ibid.* n. 5. & Zanger *de Except. p. 2. cap. 1. à n. 34.*

27. Neque secundo; ut quis in loco domicilium constituisse præsumatur, decenalem in eo habitationem necessariam, rectè desumitur ex *l. Nec ipsi* 2. *C. de Incolis*; cum, in loco domicilium contractum, aliquando ex brevioris temporis habitatione intelligatur: ut, si in habitationis locum quis totam familiam rerum-

que & fortunarum suarum summam transtulerit, *l. Civis & l. Senatores* *cit.* si beneficio Ecclesiastico, personalem residentiam exposcenti, in eo obtento deserviat, aliæ conjecturæ domicilii fingendi animum declarantes accedant: & contra idem aliquando ex longioris temporis habitatione non intelligatur; quòd ejus causa solum temporanea sit: ut, si quis decenniò & ultra in loco habitet causâ studiorum, negotii longiorem moram exigentis, famulatus aut servitii ruralis, aut etiam alicujus temporanei officii vel præfecturæ, Panormit. *in c. fin. cit. in fine*, Felinus *cit.* n. 12. *V. Secundam, cit.* Barbosa §. *fin. cit.* à n. 95. Menoch. n. 16. Oliva n. 6. Bruneman *in l. Nec ipsi* *cit.* n. 6. & alii, qui *l. cit.* locum esse, & domicilii constituendi animum ex habitatione decenniò continuata rectè præsumunt, aiunt in dubio, & deficientibus conjecturis in contrarium; ut adèd cum DD. *cit.* hac in re plurimum tribuendum sit prudentiæ & arbitrio judicis, de domicilii constituendi animo, ex accuratè consideratis loci, personarum, diuturnioris commorationis causarum, aliisque circumstantiis, conjicientis ac pronuntiantis.

Neque tertio, ut quis domicilium in loco comparasse intelligatur, necessarium est; ut id constitutum non habeat alibi, aut, quod habuit, deseruerit; cùm enim ad domicilium comparandum requisitus animus & factum respectu duorum locorum haberi queat, domicilium quis in duobus locis constitutum habere potest & censetur, si ad habitationem stabilem æquè bene instructas aedes rerumque & fortunarum suarum partem magnam utrobique habeat, & non minus in uno, quàm in altero loco per magnam anni partem moretur, *l. Labeo* §. 1. *Assumptio* 6. §. 2. & *l. Eius qui* 27. §. 2. *ff. ad Municipal. Gaill. Lib. 2. Practic. observ.*

35. n. 8. Zanger *cit. cap. 1. n. 8.* Bruneman in *l. Labeo cit. n. 1.* & Haunold. *Tom. 5. de J. & J. tract. 3. n. 350.* ex communi aliorum DD. sensu notantes, si quis, ut in Gallia Nobiles facere consuevit, testis est Tiraquell. *de Nobilit. cap. 37. n. 131.* in pluribus v.g. quatuor anni temporibus in totidem diversis, & ad habitandum æquè in istis locis ejusmodi animò degeret, plura & omnino quatuor domicilia habiturum.

29. Alterum Habitationis solum temporaneæ: quod etiam quasi domicilium vocatur, & habere quis censetur in loco, in quo animò, non perpetuò, sed per annum, aut majorem vel saltem notabilem anni partem, commorandi degit: sicut in Academiis studiosi, famuli & ancillæ in opidis, negotiatores in civitatibus, in quibus tanto tempore ibi permanendi animò officinam vel tabernam constituerunt, vel conduxerunt, *arg. l. Heres §. 2. cit. Laiman Lib. 1. tract. 4. cap. 12. n. 1.* & Pirrhing *ad hanc Ru. 9. n. 18.*

30. Dubium nunc & questio est, an reus in Originis vel Domicilii foro sit conveniendus. Ratio dubitandi est; quòd Originis forum Naturale; ac proinde quocunque alio firmiter sit: & Originis jus retineatur, quantumvis domicilium & habitatio aliò, ibi perpetuò manendi animò, transferatur, aut ei renuntietur, *l. Assumptio cit. pr. junctà Glossà V. Mutare & l. Origine cit.* Sed, licet de rigore Juris hoc verum sit quoad munera & honores, quoad jurisdictionem tamen hodiernâ praxi domicilii sive habitationis major, quàm Originis fori ratio habetur, *Glossà in c. Statutum 11. §. Cum verò V. Unam, de Rescript. in 6.* ut quantumvis in Originario non, nisi præsens sit, *Bartol. in l. Assumptio cit. n. 2.* & Panormit. *in c. 1. hâc Rubr. n. 6.* in illo tamen, sive Domicilii veri & permanentis foro etiam absens conveniri possit in Civilibus & Crimina-

libus, *Glossà in Clement. Unic. V. Subditos hâc Rubr.* etiam de contractibus, rebus, delictis alibi celebratis, sitis, vel commissis, *l. 1. C. Ubi de Crim. agi, Panormit. in c. fin. n. 30.* & licet à Domicilii judice vel magistratu extra territorium absens capi, sine istius & alienæ jurisdictionis violatione, nequeat; cum reum capere sit actus jurisdictionis Necessariæ, extra territorium proprium judici non permissus, *l. fin. ff. de Jurisdic. & c. fin. de Constitut. in 6.* ipsi tamen per nuntium vel literas infirmari potest ab eo mandata citatio: & si contumaciter absens sit, excommunicari, *c. Tue 3. Ut lite non contest. c. Ex tua 11. de Cleric. non resid. Sc.* cum citationis insinuatio, per nuntium aut literas facta, actus judicialis non sit: & excommunicatione in absentem latâ, quòd invisibiliter animam liget, alienum territorium non violetur, *cit. Panormit. n. 42.* dummodo tamen reus à judice vel magistratu contractus, rei alibi sita, vel delicta per citationem non fuerit præventus, *Clarus §. fin. q. 39. n. 4.* & Covarr. *Præf. cap. 11. n. 6. §. 6.* Rationem, cur in foro domicilii ita conveniri reus possit, *cit. Panormit. n. 38.* reddit; quòd forum hoc ordinarium & generale sit quoad omnia. Cuius ulterior ratio est partim; quòd domicilii iudex jurisdictionem habeat in personam, etiam absentem, sine respectu ad territorium; ac proinde in hanc, etiam non præsentem, procedere valeat, quando id fieri potest sine jurisdictionis & territorii alieni violatione; sicut fit per citationem & excommunicationis sententiam in hominem latam: partim verò; quòd, etsi delictò alibi commissò huiusmodi iudicis territorium & delinquentis domicilium læsum non videatur, publicè tamen interfit; ut, qui ratione domicilii subditi sunt, ubicunque delinquant. ne impunitatis spe ad provincias alienas

alienas se conferant, à proprii domicili magistratu in eos procedi possit modis, quibus territorium & iurisdictio aliena non violatur.

Neque de excommunicatione dictis differatur *c. fm. cit. V. Statuto, de Confit. ep. 6.* quia istius textus disertè loquitur de ea latà per statutum, indistinctè afficiens territorium: non de ea, quæ in subditum citatum & contumaciter absentem fertur ab homine: & quia alienum territorium non violat, in eum promulgari Jure non prohibetur; Panormit. *cit. n. 42.* & Francus *in §. cit. n. 14.*

Non magis urget ratio dubitandi; quia, licet Origo semper retineatur: & ut, qui illam ex loco ducit, inde ortus non sit, fieri non possit, effectus tamen & iura, ratione illius competentia, amitti & suspendi possunt; cum, ut iam insinuatum est, origo, de Jure etiam, respectu honorum duntaxat & munerum, saltem tutelæ, consideretur, Glossa *in l. Assumptio cit. V. Non domicilium & Hostiens. in Summa hie n. 6. ad finem*, si Originarius domicilium sive habitationem aliò transferat & non revertatur: præterquam, quod in Originis suæ diocesi sacros Ordines recipere possit, *c. Cum nullus 3. de Temp. Ordin. in 6. Oliva cit. q. 21. n. 15. cum n. 14.* monuisset, ex consuetudine generali, præter hunc casum, forum Originis, si cum eo habitationis domicilium non concurrat, etiam quoad honores & privilegia non considerari.

33. Neque in Domicilii, sed etiam in quasi domicili sive habitationis solum temporaneæ loco forum quis fortitur, ut ibi possit conveniri, *l. Sciens 2. C. Ubi de Crim. agi*; quia judex domicili veri, tam Ecclesiasticus quàm Secularis, absolute: judex autem quasi domicili, quamdiu reus ibi permanendi animum habet, illius personam sibi habet subiectam, Pa-

normit. *in c. Quod Clericus q. n. 5.* & aliis relatis, duo Barbofæ Petr. *in l. Hares cit. §. fm. n. 111.* Augustinus *in c. cit. n. 3.* Ex hæcenus dictis

Inferunt DD. primò, sicut laicos 34. cives coram magistratu suæ civitatis Secularis, sic clericos in loco beneficii Ecclesiastici, residentiam postulantis, coram Prælato ejusdem loci Ecclesiastico conveniendos, Felinus *in c. Dilectus 29. de Rescript. n. 2.* Panormit. *in c. Postulasti 14. hæc Rubr. n. 4.* & Laiman *in c. Dilectus cit. n. 1.* quia ibi ratione hujusmodi beneficii obtenti habent, & tamdiu retinent domicilium habitationis permanentis, quamdiu beneficia non dimittunt. Si verò clericus duo vel plura ejusmodi beneficia, ex dispensatione simul obtineat, & iis personaliter deserviat, coram utriusque diocesis Episcopo conveniri potest, etiam, cum à loco est absens; quia necessitas sive obligatio residendi facit, ut ibi domicilium contrahatur: & quamdiu illa durat, retineatur, ut cum *cit. Felino n. 4.* Panormit. *n. 4.* Sylvestro *V. Civitas, q. 5.* & aliis docet Sanchez *Consil. Lib. 7. cap. 1. dub. 23. n. 3. & 4.* Dixi, 35. Residentiam postulantis; quia, si hanc beneficium non exigat, coram ejus loci Episcopo conveniri non potest, nisi ratione ipsius beneficii sit conveniendus; quia ratione beneficii non semper domicilium acquirit, patet ex *c. Cum nullus 3. de Temp. Ord. in 6.* ubi ordinari quis posse dicitur in loco beneficii & domicili, manifestò argumentò, ratione beneficii domicilium non semper; ac proinde, saltem cum illud residentiam non exigit, non acquirit.

Inferunt secundò, Monachos aliòsque Religiosos, etsi originis commoda non amittant, *arg. l. Senatores 11. ff. de Senator.* domicilium tamen fortiri in loco sui Monasterii; ut, quamdiu ad aliud Monasterium non transferuntur, coram illius

illius Prælati conveniri possint, Panorm. l. cit. n. 5.

37. Inferunt tertio, Studiosos, famulos & ancillas, mercatores & similes coram ejus loci, in quo degunt, Academico vel alio proprio aut communi Magistratu conveniendos, arg. l. Sciens cit. Glossa ibi, V. Degit. & Panormit. cit. n. 5. quia ejus loci quasi incolæ, & Academici vel alterius loci magistratus subditi temporanei censentur, arg. l. Hæres §. Proinde 2. cit. propter quam causam in tali loco etiam jus Parochiæ acquirunt, ut ab ejus Parocho vel Episcopo omnia Sacramenta (Ordine excepto) recipere possint, Innocentius in c. Omnia 12. de Penit. & Remiss. n. 6. Sylvester V. Parochia, in fine, & aliis relatis laudatus Sanchez Lib. 23. de Matrim. disp. 23. n. 12. Unde

38. Dubium nascitur, an hujusmodi loci incolæ etiam super contractibus & delictis alibi celebratis vel commissis conveniri queant coram iudice loci, in quo degunt. Ratio dubitandi est, quia Jura, extra contractus vel delicti locum aliquem conveniri permittentia, de stabili & perpetuæ habitationis & veri domicilii loco accipienda, suadet Regula, quæ legum & canonum verba simpliciter prolata in omni materia simpliciter & non secundum quid accipienda sunt, l. Non aliter 45. ff. de Legat. 3. §. l. 1. §. 3. ff. de V. O. & statutum loquens de cive ab eo, qui verè civis est, trahendum non est ad incolam, qui in loco versatur per accidens, & uno tantum alterove civium jure gaudet, Tuschus Practic. V. Verba, concl. 92. n. 10. Quæ ratione ductus Engel ad hanc Rubr. n. 10. eos, qui studiorum causâ versantur in Academicis ratione contractuum & delictorum in loco studiorum, non etiam alibi celebratorum vel commissorum, coram Magistratu Academicò conveniri posse, existimat cum Bartolo in l. Hæres

absens 19. §. Proinde 2. ff. de Judic. n. 7. Hostiens. in c. Quod clericis 9. hanc Rubr. & Salyceto in l. Sciens 2. C. Ubi de crim. agi oport. n. 2.

Sed magis arridet Opinio Glossæ fin. in l. cit. Panormit. in c. Quod clericis 9. n. 5. Felini in c. Dilectus 29. de Rescript. n. 12. & Pirrhing, ad hanc Rubr. n. 18. qui scholares, mercatores & similes in locis, in quibus studiorum, negotiacionis, aliæve simili causâ per notabilem aut majorem anni partem morantur, etiam ratione contractuum alibi celebratorum, vel commissorum delictorum, coram ejus loci proprio magistratu conveniri posse, docent & desumunt ex l. Senatores 2. C. Ubi Senat. & clariss. conven. & præsertim ex l. Sciens cit. quæ plagiarius conveniri posse dicitur in loco, Ubi degit, hoc est, conversatur, ut scholaris in scholis, licet domicilium non habeat ante decemium l. Nec ipsi 2. C. de Incolis: imò hoc etiam lapsò, si in eo versatur sine animo stabiliter permanendi, l. Civis cit. Ratio est partim; quia, licet in tali loco non contrahat domicilium, l. Nec ipsi cit. contrahit tamen quasi domicilium, ratione cujus in eo conveniri possit; cum absurdum videatur; ut in loco quis diu moretur, & in eo nolit respondere: partim verò; quia ratione hujusmodi quasi domicilii, constituti in loco, subicitur jurisdictioni fori interni, ut Penitentia aliæque Sacramenta à proprio loci Episcopo vel parochò recipere valeat, ut multis DD. congestis late comprobatur Sanchez Lib. 3. de Matrim. disp. 23. n. 12. & Laiman Lib. 1. tract. 4. cap. 12. n. 1. Cur non etiam subiciatur jurisdictioni fori externi? quia verè ac propriè in tali loco degit; cum hoc solum, ut quis ratione criminis in loco conveniri possit, exigatur l. Sciens cit.

Unde corrumpit ratio dubitandi; quia talis, licet loci civis propriè non sit, in eo tamen

tamen, ut dictum, propriè degit. Quantumvis autem propterea in tali loco super contractu vel crimine alibi celebrato vel commisso valeat conveniri, casu tamen, quò hujusmodi accidentarius loci incola verum domicilium non procul remotum habet, eum coram istius potiùs, quàm alio magistratu conveniri, & actorem ad illi remitti, æquum est; præsertim, si defensionēs in veteri domicilii loco paratiores, & inde petendæ essent.

40. Inferunt quartò cum Glossa in l. Hares cit. V. Debebit, Bartol. in §. Proinde cit. n. 4. & Panormit. in c. fin. n. 13, homines vagabundos, qui verum aut quasi domicilium nullibi habent, etiam super contractibus & delictis alibi celebratis vel commissis, conveniri & puniri posse, ubi existunt; juxta tritum illud, *Ubi re invenero, ibi te judicabo*; quia æquitas & publici boni ratio exigit; ut etiam ipsi habeant judicem competentem, coram quo super debitis & delictis respondere teneantur etiam, quando ex ejusmodi loco discesserunt, Sanchez *Lib. cit. disp. 25. n. 5.*
41. Inferunt quintò, sicut omnes subditi conveniri possunt in Curia Regis vel Imperatoris, sic clericos & peregrinos omnes, etiam laicos, in causis spiritualibus conveniri posse in Curia Romana, si ibi existant, c. *V. fin.* Ratio est: quia Roma quodammodo communis omnium patria est: & sicut omnes Ecclesiæ sitæ sunt in territorio Papæ, sic iste omnium Christi fidelium, in causis saltem spiritualibus, ordinarius est iudex, *can. Cuncta 17. & can. fin. 9. q. 3. Barbosa in l. Consensisse 2. §. Legis 3. ff. de Judic. n. 33.* Quò tamen non obstante, clericus vel alius peregrinus, Romæ conventus, litem ad locum domicilii sui specialem revocare potest ex justa causa, v.g. quòd in hoc ad respondendum melius sit instructus: vel, quòd Romam venerit ex causa necessaria, v.g. legationis,

appellationis, testimonii &c. & non mere voluntariâ, ut in §. fin. cit. cum Glossa *fin.* advertit Panormit. n. 46.

ARTICULUS III.

De Foro competente ratione Contractus.

SUMMARIUM.

42. Reus ratione Contractus in istius celebrati loco,
43. Quoad principalem & accessorias obligationes:
44. Uti & in loco Distractus forum sortitur.
45. Ibidem conveniri etiam potest ad rescissionem contractus:
46. Si iste non utrinque,
47. Sed ex altera tantum parte sit perfectus.
48. Reus forum etiam sortitur in loco, in quo se soluturum expressè,
49. Vel tacitè promisit;
50. Ut in tali loco procedi in ejus personam, si in eo sit presens:
51. Si absens sit, citari:
52. Et, si non compareat, immisso in eum bona decerni valeat.
53. Si bona non habeat, in loco domicilij est conveniendus.
54. Ratione Solutionis promissa in loco incerto, in ejus promissa loco,
55. Vel, in quo reperitur:
56. Non tamen quovis remotissimo loco conveniri potest.
57. Per locum transeuntes ratione contractus in eo non conveniuntur:
58. Nonnullis casibus exceptis.
59. Ratione administrationis publicæ,
60. Imò & privata reus etiam absens in ejus gesta loco convenitur.

G

Tertid,

42. **T**ertio, reus Forum ratione Contractus fortitur in loco, cujus civis & incola non est, si ibi contraxit, *l. Hares absens 19. §. 2. ff. de Judic. & c. fin. hâc Rubr.* si ibi invenitur, *c. 1. §. Contrabentes in 6.* Quâ in re contractus nomen non strictè, pro utro citroque obligatoria conventionem, ut *vg. emptio & venditio* est: sed largissimè lumitur, ut etiam quasi contractus *vg. tutelam, curatelam, negotiorum gestionem & quemcunque alium actum*, quò obligatio per se vel per alium contrahitur, comprehendat, *l. Hares cit. §. 1. & 2. & l. Omnem 20. ff. de Judiciis, Glossa in c. fin. cit. V. seu contractus, Panormit. in c. cit. n. 29. & Haunold, Tom. 5. de J. & J. Tract. 1. n. 354.*

43. In contractus autem ita sumpti loco reus forum fortitur, & coram ejus ordinario iudice conveniri potest non solum quoad obligationem principalem, ex contractu ortam, & ad istius implementum: sed etiam quoad obligationem secundariam, puta ad damna & interesse propter moram debitoris, suo tempore non solventis, ut cum Panormit. *in c. Dilecti 17. n. 6. Felino in c. fin. cit. n. 19. & Decio in l. Si convenerit 18. ff. de Jurisdic. n. 31.* tradunt Petr. Barbosa *in l. Hares cit. §. Proinde cit. n. 7. & Oliva de Foro Eccles. p. 3. q. 22. n. 5.*

44. Neque solum ratione contractus, sed distractus quoque ratione forum quis fortitur; ut, ubi is factus est, conveniri queat, *citt. Barbosa n. 12. Oliva n. 7. & alii, 2. cit. id deluentes ex §. cit. ibi, Si conduxit, ibique distractit, & l. Qui loco certo 27. ff. de Judiciis.* Ratio est; quia, ubi par ratio est, appellatione contractus venit & distractus, *arg. l. Habeo 19. ff. de V. S. iisdemque Regulis, quibus contractus, etiam distractus continetur, l. Pomponius 13. §. 2. ff. de Acquir. possess. Gaill. Practic.*

Lib. 2. observat. 2. n. 5. Ubi
Dubium & percelebris inter DD. 45.
controversia est, an in celebrati contractus loco quis conveniri queat ad solam contractus observationem sive ad ejus implementum, vel etiam ad rescissionem & annulationem. Cui ansam præbuere pugnantes in speciem Juris definitiones *l. Quoniam 2. C. Ubi & apud quem cogit. & l. In contractibus 14. C. de Non numer. pec.* ex quarum illa restitutio minoris adversus contractum petenda est apud iudicem domicilii rei conventi; existit *§. fin. mutui receptionem confessus in loco contractus opponere valet exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ ex se tendit ad contractus mutui certò loco celebrati rescissionem.* Quæ Juris definitiones Doctores in sensu omnino contrarios distraxerunt: & prior, ad contractus resolutionem reum in solo domicilii loco conveniendum, Baldo *in l. Quoniam cit. Decio in Rubr. de Judiciis n. 2. Cald. Pereyra in l. Si curatorem 3. C. de in Integr. restit. V. Implorandum, n. 30. Tiraquello Lib. 1. de Retract. §. 8. gloss. 5. n. 2. & Gutierrez 22. Canon. Lib. 1. cap. 34. n. 9.* posterior verd, illum ad rescissionem etiam in contractus celebrati loco, si in eo inveniatur, conveniri posse, Ant. de Butr. *in c. fin. hâc Rubr. n. 12. Felino ibid. n. 24. ad finem, Curtio jun. in Rubr. C. de Edendo n. 16. & Covarruviz Lib. 1. Var. cap. 4. n. 1. ad finem* persuadere.

Mediam inter utramque viam ingressus Petr. Barbosa *in §. Proinde cit. n. 24. li. citr.* componit, & pugnantes DD. Opiniones in concordiam reducit ad inventâ distinctione inter contractus; vel enim, inquit, iste ex utraque parte jam perfectus, vel ita perfectus non est?

Si prius, & ad jam perfecti ulloque vitiò non laborantis contractus rescissionem agatur ex qualitate aliqua extrinseca, locus

locus decisioni l. Quoniam cit. & contractus rescissio petenda est à iudice domicili rei conventi: non à iudice loci celebrati contractus, licet ibi reus inveniatur. Ratio est; quòd, cum plene perfectò & utrinque iam impleto contractu ex eo orta actio sublata jam sit, princ. Instit. Quib. mod. oblig. toll. in consequentiam etiam sublatum sit forum, ratione contractus ad ejus implementum iure constitutum, Reg. Cùm principalis 178. ff. & Reg. Accessorium 42. in 6.

47. Si posterius, & contractus ex utraque parte perfectus non fuit, aut vitio aliquò intrinsicò v.g. iniquitate usurariâ laborat, ad ejus rescissionem vel nullitatis declarationem etiam in celebrati contractus loco contrarium in eo inventum agi potest, l. In contractibus §. fin. cit. cùm, qui de non numerata pecunia excipit, aperte asserat, contractum ex una parte non esse impletum; ac proinde adhuc imperfectum: sicut & is, qui eum vitio intrinsicò & iniquitate usurariâ laborare, ait; ut ad eò ex pecuniâ non numeratâ defectu aut vitio contractus intrinsicò agenti nihil obstet, quòd minus reum conveniat in loco contractus; cùm istius forum necdum sit sublatum, ex mente Alciati in l. Vinum 22. ff. de Reb. credit. n. 32. Quam l. cit. & DD. conciliationem comprobant cit. Oliva q. 22. à n. 9. & August. Barbosa in l. In contractibus cit. n. 32. Non etiam Bruneman. in l. cit. etiam, cùm omnino perfectus est contractus, in istius celebrati loco ad rescissionem agi posse, asserens n. 22. sed contra semet ipsum in l. Quoniam cit. n. 2.

48. Quod si contractus implemento sive solutioni contrahentium mutuo consensu certus locus destinatus est, ibi forum ratione Contractus; non in istius celebrati loco, sortitur reus, qui alibi soluturum se promisit. Unde vel ibi, vel in domicili

loco, pro actoris arbitrio, valet conveniri, l. Hares cit. §. fin. quòd contraxisse unusquisque in eo loco intelligatur, in quo ut solveret, se obligavit, textus est l. 22. ff. de O. & A. Quæ imperialis dispositio iure Ecclesiastico ita confirmata est; ut clericus, qui alibi se soluturum promisit, ibi conveniri possit, non obstante privilegio, ipsi specialiter concessò, ut non nisi certo loco valeat conveniri, c. Dilecti 17. quòd, alibi se soluturum promittens, hujusmodi suo privilegio tacite renuntiare censetur, Glossa in c. cit. V. Certo loco, ubi Panormit. n. 4. & Haunold. cit. n. 354.

Neque obstat; quòd clericus sine licentia proprii Episcopi, in se prorogare nequeat jurisdictionem alienam, etiam Ecclesiastici iudicis, c. Significasti 18, quia, licet hoc nequeat expressè, potest tamen tacite, sive ipso facto, scilicet certo eoque alieno loco contrahendo, aut eò destinando promissam solutionem; tali enim contractu & promissione factâ alieni iudicis jurisdictioni sine proprii consensu subicitur, non merâ suâ voluntate: sed ex dispositione & assistentia Juris, vim, sicut adimentis expressæ, ita tribuentis hujusmodi tacitæ alienæ jurisdictionis in clericum prorogationi, Innocentius in c. Dilecti cit. n. 2. & Gonzalez in c. Significasti cit. n. 11. Unde

Dubium oritur, an ergo peregrini omnes forum fortiantur in loco, ubi contraxerunt. In quo Negativa: & ratione Contractus eos duntaxat, qui ibi se soluturos aut responsuros, expressè vel tacite, promiserunt, forum fortiri, est receptum, Glossa in §. V. Contrahentes cit. Panormit. in c. fin. cit. n. 33. Laiman ibid. n. 16. Tacite autem ad id se obligare præsumuntur, qui ibi ad tempus moram trahunt, vel negotium tractare incipiunt, vel officinam aut tabernam conduxerunt,

aut pergulam ad res vendendas constituerunt, sicut mercatores ad nundinas venientes solent: etiam si in tali loco verum aut quasi domicilium non habeant, *l. Heredes cit. §. 2. V. Nunquid*; eò ipsò enim, quòd ibi officinam, tabernam vel pergulam constitutam quis habeat, non statim; vel potius non antè, quàm ratione contractuum ibi celebratorum debitam satisfactionem præstiterit, recessurus creditur, *Oliva cit. q. 22. n. 59.*

50. Dubium secundò est, an & quomodo iudex ratione contractus jurisdictionem suam exercere valeat in eum, qui in loco contraxit, vel in eo se soluturum, expressè vel tacitè promissit. Quà in re frequentiori DD. calculo approbata est distinctio; vel enim, inquirunt, reus in tali loco reperitur, vel non?

Si prius, quamdiu in loco reperitur, jurisdictionem suam exercere potest in ipsam ejus personam, eam per citationem in jus vocandò, & vocatam ad comparandum opportunis remediis compellendò, *e. Dilecti & §. Contrabentes cit.* Ratio est; quia ratione contractus forum sortitur & loci magistratui subditus est saltem, dum in eo existit, *l. Heres absens cit. pr. ut,* quamdiu præsens est, personaliter citari valeat & compelli, *Panormit. in c. fin. cit. n. 36. Francus in §. cit. n. 1. Covarr. Lib. 1. Var. cap. 4. n. 1. & Oliva cit. q. 22. n. 23.* Eà autem citatione Ordinarii contractus vel solutionis promissæ loci iudicis jurisdictione ita firmatur; ut ad comparandum ac respondendum reus præsens compelli, imò, si causæ qualitas exigat vel permittat, capi quoque & incarcerari queat: & si contumaciter se absenter, aliis remediis in eum procedi & si à iudice Ecclesiastico citatus fuit, excommunicari: imò, si status causæ permittat & de actoris jure liqueat, etiam super principali negotio condemnari queat, *c. & §.*

fin. Ut lite non contest. §. l. Properandum. 13. §. 3. C. de Judiciis, Panormit. cit. num. 36.

Si posterius, & reus in contractus vel promissæ solutionis loco non reperitur & dum in eo existeret, citatione præventus non fuit, in ipsius extra talem locum existentis personam procedere, eumque citare loci iudex nequit ad effectum; ut, si non compareat, excommunicari vel in principali negotio procedi possit; quia tam excommunicationis, quàm hujusmodi condemnationis sententia concernunt ac tendunt in personam: quam extra locum non existentem & jam non subditam ad suum forum trahere invitam iudex non potest, ut *in c. fin. cit.* rectè observant *Hostiens. n. 3. Ant. de Butrio n. 15. & Fagnanus à n. 15.* Citari tamen tali casu etiam absens à contractus vel solutionis promissæ loci iudice potest sub comminatione, actorem in possessionem bonorum, quæ in loco habet, immittendi in casum, quò nec compareverit ad respondendum, neque actori satisfecerit, vel de satisfactione exhibenda idoneam præstiterit cautionem: & si tali citatione insuper habitæ & contemptæ neque satisfecerit, vel de satisfaciendo præstiterit cautionem, vel etiam, si ne citatio ad ipsum perveniret, se occultarit, ad petitionem actoris declarari contumax, & decerni actoris immissio in possessionem bonorum, quæ in celebrati contractus vel solutionis promissæ loco absens habet, eaque immissio actu fieri potest; ut tædiò affectus compareat ad respondendum, *§. fin. & §. Contrabentes cit. ubi Glossa magna Franc. à n. 1. Panormit. cit. n. 36. & Covarruv. Practic. cap. 10. num. 4.*

Quod si reus ita citatus & contumaciter absens bona in talis iudicis loco seu territorio sita non habeat, ea tamen habeat alibi v. g. in loco domicilii, iudex loci

contra-

contractus vel solutionis immisionem in ea faciendam ad petitionem aëtoris solummodo decernere: pro actuali verò in ea immisione in illa facienda iudicem domicilii vel alterius loci, in quo ea sita sunt, requirere debet, §. *Contrabentes cit. in fine, cit.* Panorm. n. 36. Covarr. n. 4. *in fine,* & Pirrhing. *ad hanc Rubr. n. 39.*

§ 3. Demum, si post huiusmodi citationem contumaciter absens bona etiam alibi sita non habeat, à iudice loci contractus vel solutionis promissæ in ejus personam, utpote neque quoad personam suam neque quoad res seu bona subjectam, decerni nihil potest: sed ea ab aëtore super impletione contractus, & ex solutionis mora secutis damnis & factis propterea expensis, coram iudice domicilii convenienda erit, *arg. l. Hares cit. §. fin. Pirrhing cit. n. 39. in fine.*

§ 4. Dubium tertium est, coram quo iudice ratione contractus conveniendus sit, qui se soluturum ac responsum promittit in loco incerto. Quæ promissio triplici modo fieri potest: scilicet primò, ubi promissor fuerit inventus: secundò, ubicunque creditor petierit: tertio, Viennæ vel Augustæ appositâ clausulâ generali & *Ubicunque creditori placuerit, Quorum casuum*

§ 5. Primò conventionem nihil operari; ac proinde debitorem coram solo iudice domicilii vel loci contractus, si in ejus celebrati loco fuerit inventus, conveniri posse, existimat Bartolus *in l. Si conveniret cit. n. 4.* eâ ductus ratione; quòd, si conventio aliquid operaretur, à promissore solutio aliâve contractus impletio in loco remotissimo peti posset: quod utique nimis durum est & absurdum. Sed melius Decius *in l. cit. n. 3.* Panormit. *in c. 1. de Judiciis, n. 22.* Ant. de Butr. *ibid. n. 13.* & Barbosa *in l. Hares cit. §. 1. n. 135* eum conveniri posse, docent, ubi-

cunque fuerit repertus: dummodo locus idoneus sit. Unde

Secundò etiam casu in loco, in quo is à creditore inventus fuerit, conveniri potest: dummodo locus fuerit idoneus ac tutus; cùm utique in eo, si ob pestem grassantem tutus non esset, respondere non teneretur, *cit. Decius n. 23.* Barbosa n. 144. & Oliva n. 43.

Postremò casu promissorem non solum in expressis, Viennæ scilicet vel Augustæ, sed in aliis quoque, non tamen multò remotioribus & ejusdem provincie locis, si in iis repertus fuerit, conveniri posse, cum Panormit. *cit. n. 22.* Ripa *in c. 1. cit. n. 71.* Jafone *in l. Si conveniret cit. n. 44.* & aliis volunt *cit. Barbosa num. 153.* & Oliva n. 44. Ratio est; quia casibus in specie expressis adjecta generalis clausula interpretationem recipit à specificatis, *arg. l. §. fin. ff. de Testico, vmo Sc. leg. & expressis majores ac difficiliore casus non comprehendit, arg. c. Sedes 15. de Rescript. Sc. Qui ad agendum 4. de Procurat. in 6.*

Dubium quartò est, an ratione contractus in ejus celebrati loco conveniri etiam valeant viatores & peregrini contrahentes in loco, ad quem statim recessuri pervenerunt. Quorum licet primò occurru eadem, quæ aliorum ratio esse videatur, eos tamen ratione solius contractus ibi conveniri à scientibus, eos statim discessuros, non posse, sed in domicilii sui loco conveniendos, responsum est Ulpiani §. *Proinde 2. cit.* huiusmodi redentis rationem; *Quia durissimum est, quotquot locis qui navigans aut iter faciens delatus est, cor locis se defendere,* Glossa *in c. 1. cit. V. Respondere, hanc Rubr. in 6.* Felin. *in c. Ex parte 33. de Rescript. n. 7.* Petr. Barbosa *in §. Proinde cit. n. 94.* & Gaill. *Lib. 1. Prætic. observat. 39. n. 14.*

G 3

Sunt ta-

58. Sunt tamen etiam casus, quibus per locum sine mora transiens viator ratione contractus ibi potest conveniri: veluti Primò, si inter contrahentes convenit, aut consuetudo loci postulat; ut, qui in foro vel taberna pretium pro merce aut mercedem pro pretio obtulit, ei merx aut pretium statim tradatur, Panormit. *in c. fin. n. 37.* & ibi Felinus *n. 19.* Secundò, si cum peregrino contrahens, eum peregrinum aut brevi discessurum, ignoret; hoc enim casu istum ratione contractus convenire potest, argumentò à contrario ductò *ex cit. §. 2. cit.* Barbosa *n. 95.* & Oliva *n. 56.* Tertio, si peregrinus de fuga, aut alia fraude sit suspectus; hunc enim in loco contractus conveniri & ad solvendum vel satisfaciendum cogi posse, monet Glossa *in §. 2. cit. V. Debebit.* Quartò, peregrinus transiens per locum, in quo institorem seu factorem habet, conveniri coram ejus loci magistratu potest ratione contractus vel negotii, quod cum institore est gestum; quia perinde est, ac si cum ipso domino ibi esset contractum, ut *ex l. Hares cit. §. 5.* colligit Laiman *in c. fin. n. 16.* & §. 3. *cit.* Bruneman *n. 34.*
59. Dubium quintò est, ubi quis forum sortiatur & conveniri valeat ratione administrationis. Et in loco quidem istius gestæ eum conveniri posse, si in eo reperitur, ex dictis liquet. Quin etiam absentem ad comparandum in eo & coram iudice, sub quo officium gessit, respondendum, atque administrationis rationes reddendas cogi posse, satis perspicuè proditum est, *l. 1. §. l. fin. C. Ubi de ratiocin. agi op.* quarum tamen *ll. definitionem cit.* Barbosa *in l. Hares §. 1. cit. à n. 68.* ad rationes administrationis publicæ, rerumque pertinentium ad utilitatem publicam restringit: & pro privatæ administrationis rationibus reddendis in

ejus gestæ loco, quem conveniri, si ibi non reperitur, posse inficiatur, eà ductus ratione; quòd, cum quis ratione contractus in ejus celebrati loco conveniri nequeat, si ibi non reperitur, §. *Contrahentes cit.* à fortiori in loco, si non reperitur, conveniri nequeat, ratione quasi contractus.

Sed perperam; cum restrictione hanc non admittat & pro rationibus privatæ quoque administrationis reddendis in illius gestæ loco absentis conventionem aperte permittat Imprimis generalitas *Rubrica cit.* quæ est, *Ubi de ratiocin. tam publicæ quam privatæ agi oportet.* Deinde *l. 1. cit.* Verba, *Qui aliena negotia sive ex tutela sive ex quocunque alio titulo administravit.* Et demum *l. fin. cit.* ratio; quia in administrationis gestæ loco *Instructio sufficiens & nota testimonia & verissima possunt documenta prestari;* quæ, sicut in publicarum, sic & in privatarum rerum administratione procedit. Quare, pro privatæ quoque administrationis, v.g. tutelæ vel curæ rationibus reddendis reum etiam absentem in illius gestæ loco conveniri posse, ejusque ad hunc remissioni, in civilibus aliis non probatæ, locum esse, cum Panormit. *in c. fin. cit. n. 37.* Joan. Monach. *ad hanc Rubr. n. 23.* & Interpp. aliis sustinent Covarruvias *Pract. cap. 10. n. 4. in fine.* Ant. Matth. *de Provat. Jurisdic. n. 70.* & Oliva *cit. q. 22. n. 32. in fine.* quòd ibi plenior & amplior instructio haberi queat, *l. fin. cit. in fine.*

ARTICULUS IV.

De Foro Competente ratione Rei sitæ. SUMMARIUM.

61. Reus Forum ratione Rei sortitur, ubi res immobilis sita,

62. Vel

62. *Vel mobilis permanens est.*
 63. *Et non merè transeuntur existit:*
 64. *Nisi ea abducta, vel possessor de fuga suspectus sit.*
 65. *Conveniri in loco rei sita reus actione solùm Reali vel in rem scripta potest:*
 66. *Non necessariò debet:*
 67. *Sed in loco etiam domicilij conveniri potest:*
 68. *Nisi res feudalis,*
 69. *Vel momentanea possessio iudicium sit.*
 70. *In loco Rei sita conveniri reus in eo presens:*
 71. *Imò etiam absens potest.*

61. **Q**uartò, Forum reus sortitur ratione Rei, saltem immobilis; ut actione Reali conveniri possit coram iudice territorij, in quo sita est res, de qua controversia movetur, *c. Sanè 3. c. fin. hanc Rubr. c. l. fin. C. Ubi in rem act. exerc.* ut ad respondendum super tali re citari etiam absens possit: etiam si aliàs ei subditus non sit: imò etiam, si habeat privilegium, saltem non clausum in corpore Juris, vi cuius coram certo tantùm iudice teneatur respondere: nisi ejusmodi privilegij tenore huic foro derogatum esset, per expressum text. *c. 1. pr. ibi. Quantumcunque sic exempti gaudeant libertate, tamen ratione rei, de qua contra ipsos agitur, ritè possunt coram locorum Ordinariis conveniri, de Privileg in 6. Consonat. l. Hares absens 19. pr. ff. de iudiciis.* Ratio est; quia rei vindictio, per quam actor rem petit, tanquam suam, rem ipsam principaliter respicit, §. 1. *Instit. de Actionibus*: quam proinde reus defendere tenetur in loco, ubi ea est sita: quantumvis aliàs istius Magistratui Originis, Domicilij, vel alia ratione non sit subjectus.

Dixi tamen primò, *Rei saltem immobilis*: imò etiam mobilis & se moventis, propter rationem allatam, & procedentem de re, sicut immobili, sic etiam mobili: de qua tamen magno DD. consensu approbata est distinctio Panormit. *in c. fin. cit. n. 43.* vel enim, illi cum isto inveniunt, res in loco, saltem ad aliquod tempus, permanens est, vel non? Si prius, coram loci Magistratu ejus possessorem conveniri posse, evincit allegata sanctio & generalitas textuum *c. fin. l. fin. cit. c. l. Quod legatur 38. ff. de iudic. cujus v. Si autem legatum, inter rem mobilem & immobilem non distinguendo, actione in rem peti posse dicitur, Ubi res est.* Si posterius, & res in loco est solummodo transeuntur, *vg. si peregrinus cum equo transeat per civitatem, cujus incolæ illum ad se pertinere asserit, & possessor negat; hunc ratione Rei in loco sitæ, ibi forum sortiri meritò negat; quòd res non censetur propriè sita in loco, per quem solummodo transit: uti etiam, in quo custodia vel depositi causà detinetur, Oliva de Foro Ecclesiæ p. 3. q. 22. n. 3.*

Excipiendus tamen est casus, quòd res, *vg. equus ex loco dicitur abductus; cum eo enim per locum transiens, in eo conveniri potest, ratione Delicti, c. fin. cit.* Uti etiam casus, quòd rei possessor suspectus est de fuga; talis enim, si bona immobilia non possideat ad præstandam cautionem de iudicio sisti, vel de re, ubi opus fuerit, coram iudice, aliàs competente, exhibenda, *arg. l. Sciendum 15. pr. ff. Qui satisd. cog. & si huiusmodi cautionem præstare nequeat aut nolit, res potest sequestrari, l. Si fidejussor 7. §. fin. ff. eadem Rubr. Panormit. l. cit. n. 44. & Oliva n. 4. cautioni de ipsa re exhibenda locum esse, asserens etiam si bona immobilia possideat.*

Dixi secundò, *Actione Reali*, aut etiam

etiam *In rem scripta*, quâ non solam personam, sed etiam rem persequimur, *cit. Panormit. n. 43. Non merè Personali*; hæc enim, etiam cum ad aliquid tradendum agitur, reus non coram loci, sed domicili iudice est conveniendus; quia actio merè personalis non coheret rei: & non istam, sed personam sequitur, *l. G. §. fin. ff. de Contrab. gmp. Idem & laudatus Olivan. §. 6.*

66. Dixi tertio, *Possit*. An etiam debeat, & super re alibi sita reus in domicili loco conveniri non possit,

Dubium & controversia est inter DD. Illum certè super re coram solo iudice territorii seu loci, in quo ea sita est, conveniri posse, cum *Glossa in c. Sanè cit. V. Provincia*, volunt Vincent. de Franch. *Decis. 177. Tetracinq. Lib. 2. Practic. Tit. de Action. resol. 4. n. 10. Donellus Lib. 17. Comment. cap. 17.* & alii in eam rem allegantes Imprimis Concilium Africanum, cuius *cap. 88. c. Sanè cit.* relatum decretum est, *Si Episcopi, inter quos causa versatur, sint diversarum provinciarum ille Primas det iudices, in cuius provincia est locus, de quo contenditur. Deinde l. fin. C. ubi in rem actio &c.* Verba, *Sed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constituta sunt, jubemus in rem actionem adversus possidentem moveri*; his enim verbis Impp. actionem in rem in loco, ubi ea constituta est, moveri non simpliciter permittunt; sed jubent, ibique agendi imponunt necessitatem, non minus perspicuè etiam impositam *l. Quod legatur 38. ff. de Judiciis*, cuius *V. fin.* asseritur, *Si per in rem actionem petatur, ibi peti debere, ubi res est.* Demum rationem; cum enim actio realis principaliter respiciat ipsam rem, *§. 1. Instit. de Actionibus*, proponi eam convenit coram iudice, cuius jurisdictioni subiecta est res; quia hæc non rarè in ipso litis exordio

exhibenda, ejusque limites probandi sunt; eaque iudicio in actoris favorem per sententiam finitò & in istius executione tradenda est.

Verisimilior tamen est sententia 67. communis, quæ, an reus coram iudice domicili vel territorii, in quo res contentiosa existit, conveniendus sit, arbitrio & electioni actoris relinquit cum *Glossa fin. in l. fin. cit. Panormit. in c. Sanè cit. n. 3. Ant. de Butrio ibid. n. 10. Augustin. Barbosa n. 2. Gonzalez n. 9. quibuscum ex aliis DD. sentiunt Covarruvias Lib. 1. Var. cap. 18. n. 6. Petr. Barbosa in l. Hares absens 19. §. Proinde 2. de Foro rat. Rei n. 15. cit. Oliva q. 23. n. 8. Pirrhing ad hanc Rubric. 49. Haunold. Tom. 5. de J. & J. Tract. 1. n. 366.* & alii, eâ ducti ratione; quòd domicili forum ordinarium sit & generale, & cum quovis alio concurrat; ut regulariter sicut contractus & delicti, sic etiam rei alibi sitæ ratione, reus ab actore in domicili vel rei sitæ loco conveniri queat.

Neque contrarium, & rei conventioni coram solo iudice loci, in quo existit res, locum esse, evincit primò ab adversa parte allegatum *c. Sanè cit.* quia istò non excluditur iudex domicili; sed Episcopi ad Primatem, in cuius provincia res v.g. parochia inter illos controversa sita erat, remissi à memorato Concilio sunt; quòd rei coram iudice territorii, in quo res sita est, communiter & plerumque soleant conveniri, ut *in c. cit.* notat Panormit. *n. 4. qui n. 5.* Episcopus diversarum provinciarum ad Primatem, in cuius provincia res sita erat, *c. cit.* ideo remissos, ait; quòd inter ipsos contentio fuerit de re v.g. parochia, cuius se possessorem uterque ferebat, itaque quis eorum actor aut reus verè esset, non apparebat; ut propter hanc possessionis incertitudinem controversia per Primatem, in cuius provincia res

vincia res vg. parochia sita erat, ab eóve delegandos iudices vel dandos arbitros facilius decidenda videretur. Quem *s. cit.* intellectum tanquam verisimile comprobant Laiman *in c. cit. n. 3. §. Secundum*, & *cit. Pirrhing. n. 50.*

Neque secundò ex Imperiali Jure deductæ *l. fin. §. l. Quod legatur V. fin.* quia priori Imp. aperte agnoscunt duo diversa loca, in quibus in rem actio moveri potest & possessor forum sortitur: unum domicili, quasi commune forum omnium actionum: alterum rei in loco sitæ & actionum in rem proprium: & cum dicunt, *Sed §. in locis, in quibus res constituta sunt*, clarè indicant, ratione rei, sive in domicili, sive in rei sitæ loco quem conveniri posse; & quò loco reus conveniendus sit, actoris arbitrio relinquunt; ut *l. fin. cit.* communi sententiæ suffragetur potius, quàm adverteretur, ut *ibi* notant Bruneman *n. 3. §. 15.* & Gonzalez *cit. n. 9.* Posteriori etiam textu, eum res legata *Etiã ibi peri debere* dicitur, *ubi res est*, forum domicili non excluditur, & rem sive in domicili, sive in eo, ubi sita est, loco petendam, insinuat; quia dictio *Etiã* implicativa est, & exprimendò calum magis dubitabilem tacitè includit minùs dubitabilem præcedentem, *arg. l. Etiam 159. ff. de V. S. Barbosa Usufreq. dist. 112. n. 1. §. 2.*

Neque tertio ratio; quia in rei sitæ loco forum quidem ritè constitutum, & negotii pertractationi valdè accommodatum: non tamen actorem ad id coarctatum, & conventionem in loco domicili exclusam, persuadet.

68. Excipiendæ tamen hóc loco sunt res Feudales, quarum ratione quò loco & coram quo iudice reus conveniendus sit, *Art. 6.* statuetur. Uti & iudicium momentanæ possessionis, pro quo rei sitæ loci iudicem adeundum, suadet specialis

ratio; quòd iudicium illud ob id instituitur; ne partes deveniant ad arma: quòd contingere solet in loco, in quo res, de cuius possessione contenditur, existit. Gonzalez *cit. n. 9.* ubi secus esse ait, si processu ordinariò agatur de possessione; hóc enim casu in arbitrio actoris constituit, an reum in domicili vel rei sitæ loco convenire velit: licet in rei sitæ loco ferè commodius agatur.

Dubium aliud est, an reali actione 70. reus in loco rei sitæ conveniri queat etiam, si in eo non reperitur; id enim cum Ant. Butrio *in c. Sanè cit. n. 10.* Paul. Castr. *in l. fin. cit. n. 2.* & Sichardo *ibid. n. 2.* negant *cit.* Petr. Barbosa *n. 15.* & Oliva *n. 8.* Moventur partim; quòd iniquum sit, reum ex suo domicilio ad rei sitæ locum extrahi cum dispendio rei familiaris: partim verò; quòd in foro contractus conveniri reus nequeat, nisi in eo reperitur, *c. 1. §. Contrabentes, in 6.* Unde ductò argumentò in rei quoque sitæ foro eum, non nisi in ejus loco inventum conveniri posse, legitime inferri autumant; quòd contractus & rei sitæ fora æquiparentur, per tradita à Panormit. *in c. fin. hác Rubr. n. 44. ad finem* & Mariano Socin. *in c. Sanè cit. n. 12.*

Sed magis arridet Opinio Vultei, *in l. 1. C. Ubi in rem agi op. n. 20.* Zangeri *de Except. p. 2. cap. 1. n. 100. tit. Haunoldi n. 366.* & Pirrhing *n. 48.* rei etiam absentis conventionem in rei sitæ loco actori permittentium; ut, licet iudex territorii, in quo res sita est, in reum absentem, tanquam suæ jurisdictioni non subiectum, personaliter nequeat procedere: contra eum tamen procedere valeat realiter: & si per citationem in jus vocatus non compareat, actorem immittere in possessionem rei, super qua est conventus, *arg. c. §. fin. Ut lite non concess.* Ratio est; quia, si ratione rei in istius sitæ loco reus

H in eo

in eo non repertus conveniri non posset, locus rei sitæ forum non per se, sed solummodo ex accidenti faceret: quod indefinitè conceptæ l. fin. § l. Quod legatur citr. Sc. non admittunt; cum ita major personæ ratio haberetur, quàm rei: quam tamen, cum in rem agitur, potissimum spectant ll. citr. & ita spectari poscit negotii pertractatio, multò facilior & expeditior in loco rei sitæ, quàm ab ista remoto; ut adeò hac in re fori contractus & rei sitæ æquiparatio cesset.

ARTICULUS V.

De Foro Competente ratione Delicti.

SUMMARIUM.

72. Reus, ubi delinquit, sortitur Forum.
73. De Jure tamen solum externum:
74. Si ibi deprehensus,
75. Vel citatione preventus sit.
76. In absentem variè procedi:
77. Isque de Jure sere etiam repeti:
78. Non etiam propriâ autoritate capi potest:
79. Nisi sit turbator Pacis publicæ,
80. Aut Religiosus fugitivus.
81. Remissioni delinquentis locus non est, nisi re adhuc integrâ,
82. Ex delicto gravi criminaliter agatur.
83. Pro ea expedienda sunt literæ Requisitionis,
84. Praviâ summarîâ informatione de delicto,
85. Et speciali privilegio rei:
86. Quò cessante remissio de Jure faciendâ est.
87. Reum in quovis loco Deprehensionis forum sortiri, asserentium,
88. Et negantium verior Opinio:
89. Quibusdam casibus exceptis.

90. Occidens in confinibus sere in lethalis vulneris inflitti:
91. Aliquando in utroque loco forum sortitur.
92. Uti & reus delicti in uno inchoati, in alio loco consumenti;
93. Ut inter utriusque loci iudices locus sit preventioni.
94. Mandans delictum regulariter in executionis:
95. Aliquando etiam in mandati dati loco convenitur,
96. In eoque delicto imposita pœnis puniuntur:
97. Aliquando, non semper, etiam si factum solò loci statuto prohibitum sit.

Quintò, ratione Delicti reus Forum, extra proprium domicilium, sortitur in loco sive territorio, in quo delictum commisit, c. fin. ut ab istius Magistratu vel iudice citari & pro meritis puniri possit, l. 1. & Auth. Qua in provincia C. Ubi de Crim. agi oportet, ubi hoc jus perpetuum; id est, generale dicitur esse: & c. Postulasti 14. ubi Episcopo stabilitur jus, clericum in sua diocesi delinquentem, per sententiam privandi beneficiò, quod obtinet in alia diocesi: licet ab ipso lætæ sententiæ executio spectet ad Episcopum, in cuius diocesi beneficium est situm. Ratio est partim; quòd in delicti loco facilior sit inquisitio in delicti perpetrati auctorem & expeditiores probationes: partim verò; quòd ad aliorum exemplum & Republicæ eò lætæ satisfactionem maximè congruat; ut crimina eo in loco publicè plectantur, in quo sunt perpetrata, Covarruvias Practic. cap. 11. n. 3. Neque obstat; quòd extra diocesim vel parochiam delinquens ibi non sortiat forum Pœnitentiæ: sed à proprio suo

prio suo pastore iudicandus sit & absolvendus, *c. Omnis 12. de Pœnit. & Remiss.* quia fori externi alia ratio est, quàm interni; cùm in isto accusator & testis sit ipse reus: & ad id solum agatur; ut illi Deus, peccatò offensus, reconcilietur: in foro autem externo accusator, à reo distinctus, intendit satisfactionem Reipublicæ, malò delinquentis exemplò offensæ: & sicut reo, sic etiam ipsi, istius crimen in iudicium deferenti, non creditur: nisi illud per testes, aliâque legitima, & ex loco illius perpetrati præcipuè petenda, argumenta probetur: propter quam causam delinquentem in loco delicti perpetrati conveniri posse, publicè interest, Panormit. *in c. fin. n. 7.* ubi

74. Dubium est primò, quomodo delicti iudex procedere valeat in reum, in suo territorio delinquentem. Et quidem, si iste in ipsius territorio reperitur, res factis est expedita; cùm tali casu nihil obstat, quò minus executio pro delinquentis, & ab eo perpetrati criminis qualitate, fieri possit, *l. Sc. fin. cit.* Casu autem, quò reus ex ejusmodi loco sive territorio est egressus, DD. passim distinguunt; vel enim reus ante egressum citatione ipsi insinuatà præventus est, vel non?

75. Si prius, etiam absens & in alieno territorio existens denuò citari, contra eum non competentem processus institui, annotari bona, in eaque fieri immisio, aut banni atque excommunicationis sententia fieri potest; quia per citationem, in territorio factam, ejus iudici quoad eam causam jam est subiectus, *arg. c. Proposuisse 19.*

Si posterius, & reus citatione præventus non est, citari per Edictum in territorio delicti promulgandum, aut curiæ & Ecclesiarum valvis, vel civitatis portis, affigendum potest: quomodo absentes

studiosi, Programmata ad Academiæ valvas affixò, citari solent. Quò factò, si contumaciter absit, licet iudex in ejus personam procedere & sententiam alicujus pœnæ corporalis afflictivâ ferre nequeat, *Clement. de Sent. & re judic.* ejus tamen bona, si quæ in delicti loco habeat, annotari & in ea immisio decerni potest, *arg. c. 1. §. Contrabentes in 6.* cùm ratione delicti ad injuriæ & damni, privatis illati, refarcitionem & ipsi Reipublicæ, eò læsæ, satisfactionem exhibendam teneatur; ac proinde, si istam non exhibeat, ejus bona occupari possint, Panormit. *in c. fin. cit. n. 6.* Si autem bona in loco non habeat, ejusmodi immisio fieri non potest, nisi requisito iudice territorii, in quo ea habet. Unde nascitur

Dubium secundum, an in territorio 76. aliquo delinquentem ejus iudex persequi, ejusve remissionem petere possit. Illius fugientis persecutionem permissam, desumi videtur ex *Constitutione Imperiali 1559.* edita Augustæ: vi cujus grassatores, latrones &c. quilibet Magistratus, in suo territorio offensus, persequi & ubi apprehensi fuerint, juri sistere potest: & ex doctrina Baldi *in l. 1. c. Ubi quis de Curiali &c.* Regulæ instar tradentis, Religiosos fugitivos à Prælato Regulari, istiusque mandato ubicunque capi & ad Monasterium reduci posse. Contra ejusmodi delinquentis nec persecutio, nec repetitio iudici loci, in quo delinquit, permissa videri potest; quòd in Germania delinquens repeti nequeat à iudice vicini territorii Gallicani.

Sed, licet posterius hoc de facto ita 77. se habeat; quòd territorium Germanicum & Gallicanum eorumque iudices non eidem, sed diverso, Principi supremo sint subiecti: aliud tamen obtinet, cùm utrumque territorium & iudex eidem Principi subest; ab hujusmodi enim iudicibus

judicibus criminum, saltem graviorum, reos fugitivos, si repetantur, remittendos, clarè habetur *l. Si cui 7. §. fin. ff. de Accusat. l. Capitalium 28. §. 15. ff. de Penis & Novell. 134. cap. 5.* idque etiam suadet ratio; quia hujusmodi judicium unus alterum juvare debet; ne crimina maneant impunita, majorque sit licentia delinquendi. Quæ ratio, licet graviorum criminum reos etiam à judicibus, non eidem Principi subiectis, remittendos, evincat: modernorum tamen, non optimorum, temporum praxi hujusmodi delinquentium remissio, sicut in aliis provinciis, teste Claro *§. fin. q. 38. n. 20. & Farinac. Prax. Criminal. q. 7. n. 28.* sic etiam in Imperio Romano, singulis istius Statibus suam jurisdictionem tueri & perferre nitentibus, infrequens est: & criminosi ferè, ubi reperiuntur, plecti: & si quando privato amicitia potius, quàm communi, saltem usu receptò, Jure ad domicilii vel delicti locum remittantur, litteræ Reversales de præjudicio, jurisdictioni remittentis non secuturo, exigunt, ut notat Gaill. *Lib. 1. de Pace publ. cap. 16. n. 30.*

78. Multò minùs, quàm hodiernis moribus debita remissio, Jure permisa est persecutio delinquentis per territorium alienum; cum enim hujusmodi persecutio, rei que apprehensio sit actus jurisdictionis necessariae & cum strepitu exerceatur, in alieno territorio permisa non est, *l. fin. ff. de Jurisdic. quod eà hujusmodi territorii domino inferri injuria, ejusque jurisdictioni violari videatur, Gaill. cap. cit. n. 27.*

79. Neque aliud evincit pro ea allegata Constitutio Imperialis; quia ex eo; quod istà grassatorum, latronum, & similium Reipublicæ perturbatorum persecutio specialiter permisa sit, Juris Regula, in contrarium stans, confirmatur potius,

quàm infringatur, *arg. l. Questum 12. §. 43. ff. de Fundo instructo.*

80. Neque exemplum Prælatorum Regularium; quia suorum Apostatarum & fugitivorum persecutio, apprehensioque ipsis specialiter permisa est, ratione voti Obedientia: quò istorum personarum, quocunque deferantur, ipsis sunt obligatae, ferè, sicut marito uxores, servi domino & cuilibet alteri furis vel debitoris fugientis persecutio, eorumque aut rerum ablatarum apprehensio permisa est, *l. Ait Prætor 10. §. 16. ff. Quæ in fraud. credit. ubi Bartol. n. 21.* quòd hujusmodi apprehensio non per modum jurisdictionis: sed domini seu vindicationis, & necessariae defensionis fiat.

81. Dubium tertio est, quomodo delinquentis remissio petenda ac facienda sit, ubi ea inter eidem Principi subditos judices ac magistratus moribus non est sublata; varias enim condiciones, ut ejus petitio urgeat, passim exigunt DD.

Et primò quidem; ut res adhuc sit integra, & à giudice loci, in quo delinquens degit, contra eum processus necdum inchoatus; cum enim delinquens ratione delicti, non in istius solum commissi, sed in domicilii quoque loco, forum sortiatur, *l. fin. hâc Rubr. §. c. 1. pr. de Privileg. in 6.* contra eum procedi etiam potest à giudice domicilii; ac proinde ipsius, ab isto per citationem realem jam apprehensi, ad locum & forum delicti remissio ab istius giudice peti amplius non potest; quòd iste à giudice domicilii per delinquentis apprehensionem jam sit præventus, & in illum judicium, ubi inchoatum est, ibi & finem accipere debeat, *l. Ubi acceptum 30. ff. de Judicis; ut aded tali casu judex loci delicti ejusque pro delinquentis remissione requisitio excludatur, Panormit. in c. fin. n. 16. Farinac. Prax. Criminal. q. 7. n. 23. Zanger de Except. p. 2. cap.*

- p. 2. cap. 3. n. 9. Bruneman. in l. cit. n. 4.
 82. Secundò; ut delictum sit grave, & adversus delinquentem criminaliter procedatur; communiter enim receptum est, remissionem non fieri in delictis levibus, neque etiam in gravioribus, cum delinquens ex iis solum civiliter convenitur, cit. Panormit. n. 15. Covarruvias *Prætic. cap. 11. n. 7. §. Oñavò & Clarus cit. q. 38. à n. 22.* Ratio est; quia reorum ad delicti locum remissio fit eo fine; ut delinquens in eo, in quò peccavit, loco ad terrorem aliorum, tollendumque scandalum & offensionem publicam suppliciiis legitimis subiciatur, *Novell. 135. cap. 5.* quæ ratio in delictis levioribus & in gravioribus quoque, cum ex iis solummodo civiliter, & non ipsius Reipublicæ, sed privatorum duntaxat, iis læsorum, satisfactio- nem agitur, cessat.
83. Tertio; ut loci delicti iudex ad iudicem loci, in quo delinquens versatur, pro ejus apprehensione ac remissione faciendâ dirigat literas publicas, quas *Preatorias & Requisitionarias* vocant, *Novell. cit. cujus cap. 5. cit.* Imp. pro remissione reorum disertè jubet, *Provincia illius iudicem, in qua peccari aliquid contigerit, epistolâ uti ad provinciam illius iudicem, in qua delinquens persona degit: illum verò iudicem, qui publicas suscepit literas, comprehendere hujusmodi personam & ad iudicem provinciam transmittere, in qua peccavit, suppliciiis legitimis subiciendam:* ex quibus verbis licet aliqui remissionem à solo domicili, originis, vel stabilis habitationis iudice petendam esse, cum Ant. de Butr. in c. fin. cit. n. 10. & Felino *ibid. n. 11.* velint: veriùs tamen, eam à cujusvis loci, in quo delinquens invenitur, iudice petendam, cit. Panormit. n. 16. Covarr. n. 6. Olivæ de Foro *Eccles. p. 3. q. 20. n. 17.* & aliorum communis est sententia: quam in praxi ser-
- vari, testis est cit. *Clarus q. 36. n. 22.*
84. Quarto; ut iudex loci delicti, priusquam delinquentis remissionem petat, summariam cognitionem & informationem de delicto per testes aliàsque probationes recipiat, ut constet de delicto personæ, cujus petit remissionem; ne ea sine iusta causa per capturam afficiatur injuriâ & contrahat infamiam facti, *Glossa in Clement. Pastoralis 2. V. De more, de Sent. & re judic. cit.* Covarr. n. 8. & Clarus n. 19. Quam informationem literis Requisitionariis acclusam transmittere debet ad iudicem, pro remissione requirendum; cum iste, hujusmodi informatione non acceptâ, delinquentem remittere, non teneatur, cit. Panormit. n. 18. Felin. n. 10. Barbosa in l. *Heres absens 19. §. 2. de Foro delicti ff. de Judic. an. 74.* & Oliva q. cit. à n. 21. qui tamen hoc non ubique observari, & alicubi sufficere, ait, si à persona, cujus petitur remissio, grave delictum v.g. homicidium in requirentis territorio commissum, Requisitionis literis exprimitur.
85. Quintò; ut, si delinquens, cujus remissio à delicti iudice petitur, coram iudice loci, à quo ea petitur, alleget privilegium, vi cujus coram loci delicti iudice respondere non teneatur, iudex loci, in quo reus degit, eum non remittat, antequam de qualitate privilegii cognoscat, saltem si allegatò privilegii ipse constitutus; vel, excluso loci delicti iudice, ipse ordinarius iudex sit delinquentis. Ratio est; quia iudicis regulariter est cognoscere & æstimare, an sua sit jurisdictio, l. *Si quis 5. ff. de Judiciis & c. Cum persona 7. de Privileg. in 6.* Panormit. in c. *Ex parte 33. de Rescript. n. 3.* Martha de *Jurisdic. p. 2. cap. 4. num. 7. & cit. Oliva num. 22.*
86. Sextò, si delinquens ullò quoad forum delicti privilegio munitus non sit, à iudice

judice loci, in quo is degit, aut invenitur, legitime requisito, injungendum ei est; ut copiam sui exhibeat judici loci delicti: quandoque etiam ad requisitionem personaliter apprehensus, vinculisque confectus ad eum remittendus est ad eum; ut iudex domicili legitime requisitus, licet ad jus reddendum seipsum offerat, remissionem nequeat declinare, *l. Si cui 7. §. 4. l. fin. ff. de Accusat. l. Capitulum 28. §. 15. ff. de Pœnia & Novell. cit. cap. 4. & §. 1.* idque non solum; ut reus, ubi deliquit, ibi & puniatur, sive ut S. Augustinus *can. Si peccaverit, 19. in fine, 2. q. 1. relatus loquitur, Ubi consigit malum, ibi moriatur malum*; sed etiam partim; quod in delicti loco certiores probationes, iudice quasi in illo præsente cognoscende, haberi possunt, *Novell. 69. cap. 1. partim verò; quod durum videatur, civitatis & Reipublicæ, delicti injuriam ac damnum passæ, iudicem ad litigandum alibi non sine majoribus sumptibus adstringi, Novell. cit. cap. 1. Farinac. cit. q. 7. an. 19. & Zanger cit. p. 2. cap. 1. n. 247.*

87. Dubium & ancipitis resolutionis controversia quartò est, an delinquentem, extra domicili & delicti locum egressum, punire valeat magistratus loci, in quo is reperitur. Id certè affirmat Bartol. *in l. Si dominum 48. ff. de Furtis n. 2.* cujus sententiam amplexus est Becius *Consl. 93.* eamque communi tribunalium usu receptam, complures testantur apud Clarum *§. fin. q. 38. n. 16.* ad eum; ut, ex ea centum millia hominum suspensio necata, asserere non dubitavit Marian. Socinus *in c. 1. de Raptor. n. 15. in fine.* Eadem, contrà quàm à nonnullis existimatur, non destituit suffragio Juris; quia ex Pauli JCT. i sententia, Præsidis est, *Malis hominibus provinciam purgare: nec distinguitur, unde sint, l. Præses 3. in fine, de Offic. Præsid. & severi atque Antonini AA. Impe-*

riale rescriptum est, *l. 1. C. Ubi de Crim. agi op. Quaestiones criminum publicorum & privatorum*, quæ extra ordinem, id est, criminaliter coercentur, non solum, ubi commissæ vel inchoatæ sunt, sed etiam, ubi reperiantur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere: cujus textus perspicua definitione ducti Donell. *Lib. 17. Comment. cap. 16.* Hillig. ad hoc *cap. 16. lit. F. & in l. 1. cit. Vultei n. 11. Wesenbec. n. 2. Bruneman. n. 20. & in l. Præses cit. an. 2.* & apud hos RR, alii in Bartoli sententiam aperte concedunt; eique robur conferunt ratione; quia delictum quocunque loco committens non civitatem tantum suam, nec solum provinciam suam, sed gentes planè omnes, totumque humanum genus offendisse videtur; atque idcirco huic illatæ injuriæ satisfactio & offensæ vindicta publica non domicili duntaxat, vel ejus loci, in quo delictum commissum est, sed aliarum quoque civitatum ac provinciarum magistratibus ac iudicibus saltem competit, quando delinquentem necdum punitum in suo territorio offendunt; ne criminis impunitatem extranei territorii præsidio consecutus in majora prolatur scelera; néve aliorum civium bene institutos animos morum suorum pravitate corrumpat. Accedit; quòd, cum ad alienum territorium cum re furtiva delatus fur, à fraudulosa alienæ rei contræstatione non desistendò, sed eam continuandò, eò etiam locò, ad quem delat⁹ est, delinquat, nihil obstat, quò minus ratione delicti adversus eum coram illius magistratu tam criminaliter, quàm civiliter agatur, *c. fin. & c. 1. pr. cit.*

Sed, quidquid sit de praxi, à Bartolo 88. unanimi fere consensu divertere Synchroni ejusque ævo propinquiores Interpp, cum iisque Clarus *cit. n. 16.* Decianus *Tract. Criminal. Lib. 4. cap. 13. n. 5.* Covarruv. *cit. cap. 11. n. 9.* Gomez de Delictis *cap.*

lib. 9. cap. 1. n. 87. Fachineus Controvers.
Lib. 9. cap. 20. Farinac. cit. q. 7. n. 7. &
 alii, speculato Jure & ratione, reum
 extra proprii domicili & delicti com-
 missi loca forum sortiri, inficiantur; quod
 de Jure regulariter forum quis solummo-
 do sortiatur in loco Domicilii, Contra-
 ctus, vel solutionis promissæ, Rei sitæ &
 Delicti: forum autem Deprehensionis
 sive inventionis rei Jus non agnoscat, *c*
fin. & c. 1. pr. cit. ut reus, sicut ratione
 contractus & rei in illius tantum cele-
 brati & istius sitæ locis, sic etiam ratione
 delicti in istius tantum commissi loco ex-
 tra domicilium suum valeat conveniri.
 Ratio est; quod cuilibet Magistratui sui
 duntaxat territorii commissæ cura, ejus-
 que jurisdictionis in subditos extraneos, non
 nisi ratione rerum, in suo territorio sita-
 rum & actuum in eo gestorum, vel com-
 missorum, porrigatur.

Neque, inquit Interpp. ac DD. *citt.*
 delinquentes extra proprii domicili &
 delicti commissi loca Deprehensionis ju-
 dici subicere, ullum Jus aut ratio cogit;
 cum Deprehensionis fori ulla mentio non
 fiat, ejusque ne vestigium quidem in ullo
 canone Ecclesiastico extet: reosque etiam
 Deprehensionis judicis coercitioni subjici,
 non evincant *l. Praeses & l. 1. cit.* Illa
 quidem; quia Præsidi extraneos solum-
 modo subjicit, si quid manu committendò
 deliquerint in ejus provincia, & hanc illis
 purgari jubet sine distinctione, *Unde sint.*
 Istius autem relata verba, licet in speciem
 magis urgere videantur, commodè tamen
 exaudiuntur vel de loco domicili, si in eo
 delinquens reperitur: vel de homini-
 bus vagabundis, qui ratione delicti con-
 veniri ac puniri possunt, ubicunque repe-
 riuntur, juxta tritum illud, *Ubi te inve-
 nero, ibi te judicabo,* Glossa in *l. 1. cit.*
V. Reperiuntur, cit. Barbosa *n. 15.* & Fa-
 rinac. *n. 13.* Non majorem vim habet

ratio; cum enim cuius magistratui sui
 duntaxat territorii cura commissæ sit, eo-
 rum tantum criminum vindicta ipsi ex
 officio incumbit, quæ à propriis ejus sub-
 ditis, vel in ipsius territorio, committun-
 tur, *arg. l. fin. ff. de Jurisdic. & c. fin. de*
Constitut. in 6. quia delictò injuria pro-
 priè & proximè ei tantum Reipublicæ in-
 fertur, à cujus subdito, vel in cuius terri-
 torio illud committitur. Minus urget
 exemplum furti; quia istius actio ad pec-
 nam ex prima tantum alienæ rei contre-
 ctatione oritur: & quamvis rei eò abla-
 tæ retentione furtum continetur, no-
 vum tamen furtum non committitur, *l.*
Inficiando 67. §. 2. novæque furti actio
non datur, l. Ei qui 9. ff. de Furtis, cit.
Covarr. n. 9.

Ex duabus his Opinionibus prior 89.
 Civili: Canonico verò Juri posterior mag-
 gis consentanea videtur. Huius tamen
 etiam Assertores, extranei extra suum ter-
 ritorium delinquentis & in suo depre-
 hensi punitionem magistratui permittunt
 Primò, si alibi delinquens fixum domici-
 lium nullibi habeat, sed incertâ sede vage-
 tur, ut iam est insinuat. Secundò, si
 delinquens bannitus seu proscriptus sit
 ita; ut ex proscriptionis sententia, quo-
 cunque loco reperitur, impunè offendi
 & occidi permittatur, Bartol. in *l. Omnes*
populi 9. ff. de J. & J. n. 3. & Clarus §. Ho-
micidium n. 52. Tertio, si loci statuto
 vel consuetudine receptum sit; ut in eum,
 qui in territorio deliquit, ac deprehensus
 est, vg. in furem aut prædonem occasione
 furti, ac prædationis in suo territorio
 commissi, super furtis ac prædationibus,
 de quibus alibi commissis aut exercitis
 diffamatus aut indicis gravatus est, in-
 quiratur, de iisque legitime convictus aut
 confessus promeritâ animadversione coër-
 ceatur, *citt.* Clarus §. *Furtum, n. 10.* & Fa-
 rinac. *n. 6.* qui plures casus dabit.

Dubium

90. Dubium quintò est, utro in loco reus forum fortiatur ratione delicti v.g. homicidii, in duorum territoriorum se contingentium confinibus perpetrati. Quia in re mirè variant DD. quidam enim eum forum fortiri volunt in territorio, in quo iacet eius caput, tanquam pars corporis principalior, *l. Cum in diversis 44. pr. ff. de Relig. & sumpt. fun.* alii, cui responderet eius cor, quod tanquam fons vitæ omnium humani corporis membrorum primum animatur ac vivit, omniumque ultimum exanimatur ac vivere desinit: & rursus alii, in quo homicida stetit: & demum alii, cuius solo incumbunt trucidati pedes. In hoc DD. diffidio exploratum illud est, casu, quò in uno territorio sauciatus, indeque abiens in utriusque territorii confinio decedit, eum, qui vulnus infixit, ratione homicidii forum fortiri eius territorii, in quo lethale vulnus est inflictum Ratio est; quia homicidii eò loco commissum censetur, in quò eius efficax & necessaria causa posita & in subiectum derivata est, *arg. l. At lex 21. ff. ad L. Aquil. Bartol. in l. Reos 3. C. de Accusat. n. 6. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 28. in fine.* Casu autem, quò ab interfectore, consistente in uno, interfecto in altero territorio existenti, lethale vulnus illatum esset, locus est resolutioni dubitationis proximè sequentis. Eò demum casu, quò in utro ex duobus territorio vulnus inflictum acceptumque facti circumstantiis omnibus probè examinatis & exactè perpensis, certò aut verisimiliter non constat, interfector utriusque territorii forum ratione delicti fortiri, & inter utriusque iudices præventioni locus esse videtur, cum *citr. Panormit. n. 26. Claro q. 38. n. 11. & Farinac. n. 51. arg. l. Arbor 19. ff. Communi divid. quà arbor in vicini utriusque fundi confinio nata ad utriusque domini dicitur pertinere,*

Dubium sextò est, ubi reus forum fortiatur ratione delicti, in uno territorio inchoati & in altero consummati, v.g. si Titius sclopò in Bavarico solo explosò, Caium in Suevico territorio consistentem occidat. Ratio dubitandi de utraque parte est. Et Titium quidem forum fortiri in Bavaria istiusque magistratui ratione homicidii subiici, suadet argumentò à Tempore ductò ad Locum; ut, sicut si quis lethaliter vulneratus postea decedat, initium inspicitur, *l. Hinc scriptura 15. pr. & l. Ita vulneratus 51. ff. ad L. Aquil.* sic etiam inspicere debet locus, ex quo à Titio explosio facta est in Caium, eà lethaliter sauciatum & occisum. Unde, Titium forum Bavaricum fortiri, vult Cynus *in l. 1. C. Ubi de crim. agi oport. Contrà,* eum in delicti consummati loco forum fortiri & Suevico magistratui subiici, evinci videtur partim ex eo; quòd in delictis qualitas patientis potius, quàm agentis attendatur: partim verò; quòd delictum ibi commissum intelligatur, ubi perficitur & accipit formam, per quam dicitur esse delictum, *arg. l. Julianus 9. §. 3. ff. ad Exhibend.* hoc autem in territorio Suevico, non in Bavarico, accidat; cum homicidium sic dictum sit à *Cadendo, l. Ita vulneratus est. §. 1.* Cajus autem casus sive sclopi explosione à Titio facta ictus sit in territorio Suevico. Unde, eum in delicti consummati loco & Suevicum forum fortiri, cum Bartolo *in l. Libellorum 3. ff. de Accusat. n. 7. & Felino in c. fin. cit. n. 14.* volunt Zanger *de Except. p. 2. cap. 1. n. 233.* & Pagnanus *in c. fin. cit. n. 3.* Utrique Opinioni & rationi aliquid, 93. nec malè tribuunt & Titium in utroque territorio forum fortiri; atque idcirco inter utriusque territorii magistratus seu iudices præventioni locum esse, cum Panormit. *in c. fin. cit. n. 25.* & Ant. de Butr. *ibid. n.*

Ibid. n. 5. verifimilius sustinent Clarus cit. q. 38. n. 9. Farinac. cit. q. 7. n. 46. Oliva de Foro Eccles. p. 3. q. 20. n. 87. cit. Pirrhing n. 28. & Bruneman. in l. 1. cit. n. 16. ducti istius textu, quò quæstiones criminum perfici, Imp. disertè asserunt, Ubi commissæ vel inchoatæ sunt. Ratio est; quia tali delictò offensum & injuriam passum est territorium utrumque; ac proinde de eo cognitio & delinquentis coercitio ad injuriæ illatæ reparationem & vindictam publicam competit utriusque magistratui; ut inter eos locus sit præventioni, arg. l. Si quis 7. ff. de Judic. & c. Proposuisi 19. hæc Rubr. Unde

93. Dubium septimum nascitur, an in delicti mandati, vel ejus à mandatario commissi loco forum sortiatur, cujus mandato id vg. homicidium est perpetratum; nam & hoc casu mandans in utroque loco forum sortiri videtur; quòd homicidium in uno per mandatum inchoatum, in altero verò per mandati executionem consummatum sit. Verùm, quia mandatum & ejus executio non unus, sicut explosio sclopi & vulneratio, sed duo actus sunt: & ex solo mandato ad pœnam ordinariam obligatio regulariter non datur, mandantem non in mandati dati, sed in executionis vg. cædis ex eo secutæ loco forum sortiri, cum *cit. Panormit. n. 27. Butr. n. 5. & Felino n. 15. rectè docent cit. Clarus q. 38. n. 6. Fachineus cap. 25, & Oliva n. 8. Ratio est; quia ratione contractûs suo mandato celebrati, quis non in mandati, sed ipsius contractûs celebrati vel solutionis istò promissæ loco conveniendus est, l. Hæres absens cit. §. 3. & l. Si, ut proponitur 61. ff. de Fidejuss. & mand. Ergo etiam in loco delicti, non mandati, sed deducti in executionem; eum eadem istius ratio, quæ contractûs, sit: & sicut contractum, sic & delictum mandans, quod facit per alium, per seipsum facere videatur, Reg. 72. in 6. & l. 1.*

§. 12. ff. de Vi armata.

Excipienda tamen sunt delicta quædam atrocissima, quorum affectus, mandatum, conatus pœnâ ordinariâ puniuntur, licet effectus secutus non sit; ut fuit crimen læsæ Majestatis, l. Quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest. Assassini, c. 1. de Homicidio in 6. &c. talia enim mandans & mandatarius, qui in dati loco mandatum accepit, tam in mandati dati acceptique, quam in executionis loco forum sortiuntur ac puniri possunt; ut inter utriusque fori judices locus sit præventioni, arg. l. Si quis 7. ff. de Judic. Farinac. q. cit. n. 48. & Pirrhing cit. n. 28. §. Caterum.

Dubium octavò est, quâ pœnâ afficiendus sit delinquens, cum delictò ab ipso commissio alia pœna in ipsius domiciliis, alia in delicti loco foròque, statutò, vel tribunali usu imposita est. Et quidem, si delinquentis factum communi vel eriam particulari utriusque loci Jure prohibitum sit, pœnam ei, quæ in delicti loco constituta, usive recepta est, infligendam, cum Bartolo in l. Nullus 2. C. de Summa Trinit. n. 20. Baldòque *ibid. n. 22. docent Clarus §. fin. q. 85. n. 3. & cit. Pirrhing n. 34. Ratio est; quòd, cum reus in delicti loco sortiatur forum, istius cognitioni ac punitioni ratione criminis subjiciatur.*

96. Si factum delinquentis in solo delicti loco ejusque Jure particulari prohibitum est, id committens, aut actum in eo præceptum omittens, ratione commissio- nis vel omissionis, scandalò seclusò, punitioni obnoxius non est; quòd locorum statutis & consuetudinibus particularibus peregrini ac forenses non ligentur, per tradita *Lib. 1. tit. 2. n. 113. atque idcirco eorum transgressione, eò ipsò, quòd, seclusò scandalò, non delinquant, pœnam non promereantur; cum pœna noxæ sit vindicta, l. Aliud 131. pr. ff. de V. S. & si justa sit, pœna sit peccati & culpæ; & consequenter, peccatò & culpâ cessante, pœ-*

næ locus non sit; juxta Regulam c. Cognoscentes 2. de Constitut. & Glossam ibi V. Culpâ caret.

97. Quod si factum statutò prohibitum sit ad conservandam loci tranquillitatem, vg. ne quis gestet certum genus armorum vg. sclopetum, vel pugionem sub veste latentem, vel ne noctu per plateas armatus incedat; vel ad pacificam civium cum peregrinis communicationem & commercium, vg. ne quis sine licentia magistratùs frumentum evehat, vel in locum invehat certas merces peregrinas &c. statuti transgressores peregrini quoq; ac forenses pœnæ, ejus transgressioni impositæ, obnoxii sunt; quòd, ut cit. Tit. 2. n. 114. dictum, hujusmodi locorum statutis peregrini quoque ac forenses adstringantur; atque idcirco illorum transgressioni impositæ pœnæ subjecti etiam ipsi sint: nisi ipsos hujusmodi statuti probabilis ignorantia excuset, Clarus cit. n. 3. Statuti, inquam, non solius Pœnæ; quia statutum, cujus notitiam quis habet, voluntariè transgrediendò per quandam consequentiam etiam pœnæ reatum incurrit, arg. l. Aliud & c. Cognoscentes cit.

Neque ipsis patrocinator; quòd delicto annexa censura non incurritur ab iis, qui eam delicto impositam, ignorant, c. fm. de Constitut. in 6. quia inter censuras & eas, de quibus sermo est, pœnas vindicativas latum est discrimen; cum censuræ sint pœnæ Medicinales, c. 1. de Sent. excom. in 6. & secus, quàm pœnæ vindicativæ, contumaciam & Ecclesiasticæ potestatis, sub censura actum prohibentis, exigant contemptum: qui in ejus statutò impositæ probabilis ignorantia laborantibus cessat, juxta dicta cit. Tit. 2. n. 105.

☉

ARTICULUS VI.

De Foro competente ratione Causæ.

SUMMARIUM.

98. Laici Ecclesiasticum forum sortiuntur in spiritualibus:
 99. Nisi de merofacto vel possessione quaestio sit.
 100. Non etiam in causis temporalibus:
 101. Nisi de miserabilium personarum spoliatione,
 102. Rerum Ecclesiasticarum invasione,
 103. Vel peccato vitando agatur.
 104. Ecclesiasticus aliquando supplet defectum judicii Secularis.
 105. Non vicissim iste Ecclesiastici:
 106. Nisi privilegium munus,
 107. Vel causa Feudalis sit.
 108. Lites super feudis ortas aliquando rei Ordinarius,
 109. Aliquando dominus directus,
 110. Aliquando Curia Pares dirimunt,
 111. De Clerici, feudo privandi, ex causa merè Civili, etiam Secularis:
 112. De Criminali de Jure solus Ecclesiasticus:
 113. De consuetudine etiam alij judices cognoscunt.
 114. Coram Seculari clericus super bonis Regalibus,
 115. Super donatis cum reservatione jurisdictionis
 116. Et secundum aliquos aliis actionibus Realibus convenitur.
 117. Contrarium verius est de Jure:
 118. Cui passim derogavit consuetudo.
- S** Extò, ratione Causæ in judicio de-
 ducendæ reus Forum diversimodè
 sortitur. Inprimis enim forum
 Ecclesiasticum reus etiam laicus
 sortitur

fortitur, cum quæstio & controversia est de re spirituali, hoc est, ad Fidem, Sacramenta, cultum Divinum, animarum salutem & finem supernaturalem ordinatâ, aut spirituali, sive ad ejusmodi finem ordinatâ annexa, ut sunt causæ Ordinationis clericalis, consecrationis Ecclesiæ & huic competentis Asylæ, Religiosæ professionis, matrimoniorum & sponsalium, electionum, postulationum & quarumcunque aliarum provisionum beneficium, sepulturæ ac funeralium, decimarum, primitiarum, oblationum, juris patronatûs, criminum Hæreseos, Apostasiæ & Simoniacæ, censurarum, irregularitatum & similes: quas ad forum Ecclesiasticum pertinere, ex *c. Decernimus 2. c. Quanto 3. de Judiciis c. Tuam 3. de Ord. cognit. c. Lator 5. c. Causam 7. Qui filij legit. c. Ut inquisitionis 18. V. Prohibemus, de Hæreticis in 6. c. Si iudex 12. de Sent. Excommunicat. in 6. indubitatum, & ratio clara est; quia rerum spiritualium esseque annexarum Judicialis & Authoritativa cognitio & de iis dispositio à spirituali potestate, à Christo instituta & concessa est B. Petro istiusque successoribus, Matth. cap. 16. v. 18. Joan. cap. 21. v. 17. ut ab iis in reliquos Ecclesiarum Prælatos diffundatur. *can. Ita Dominus 7. dist. 19. can. In novo 2. dist. 21. can. Rogamus 15. can. Loquitur 18. §. Episcopatus 24. q. 1. c. Solita 6. de Majorit. & Obed. cuius potestatis laici de iure incapaces sunt, arg. can. 1. §. Cùmque lecta, V. Primum, dist. 96. c. Ecclesia 10. de Constitut. Ec.* quia Secularis à Deo ad temporalia; Ecclesiastica vero & spiritualis potestas ad spiritualia hisque annexa ordinanda, à Christo Domino est instituta, ut ostendunt S. Thomas de Regim. Princip. cap. 12. & 14. Navarrus in *c. Novit. 13. de Judic. notab. 3. à n. 85. & latè Bellarminus Lib. 1. de Cleric. cap. 28.**

Excipiendæ tamen sunt causæ rerum spiritualium hisque annexarum, in quibus quæstio est de mero factio, vel possessione retinendâ aut recuperandâ: quas, si proprietatis sive Juris quæstionem admixtam non habeant, Mixti fori esse; ac proinde, cum reus conventus est laicus, de iis cognoscere tam Secularem quam Ecclesiasticum iudicem, si non de expresso Jure, saltem de consuetudine, illius Interprete, posse: & præventioni inter eos locum esse, ex communi DD. præsertim RR. sensu docent Zæsius ad *hanc Rubr. n. 9. & Haunold. Tom. 5. de J. & J. Traçt. 1. n. 272. & infra Tit. 10. & 12. explicatiùs tradetur.* Deinde excipienda est delegatio Apostolica; quantumvis enim laici de causis rerum spiritualium hisque annexarum cognoscere de Jure, & ex Prælatorum etiam inferiorum commissione, nequeant, Glossa in *c. Decernimus cit. V. Presumat:* delegari tamen ipsis possunt à Papa de potestatis suæ plenitudine, ipsos huiusmodi cognitionis capaces reddere valente, secundum *cit. Glossam, Decium in c. cit. n. 5. & Barbosam ibid. n. 8.*

Secundò, in causis merè temporalibus & prophanis reus laicus fortitur forum Principis, vel alterius Magistratûs Secularis; ut, quando iste distinctus est ab Ecclesiastico, coram isto conveniri regulariter non possit, *c. Novit 13. de Judiciis, c. Licet 10. & c. Ex tenore 11. hâc Rubr.* Ratio est; quia Prælati Ecclesiastici, & ipse etiam summus Pontifex, in causis fidelium merè temporalibus jurisdictionem per se & directè non habent, nisi temporali eorum dominio sint subiecti, Innocent. in *c. Licet cit. pr. & Zæsius l. cit. n. 19.*

Dico, Regulariter & Directè; quia IO variis casibus, in causis etiam temporalibus, reus laicus coram Ecclesiastico iudice conveniri, ex DD. Orthodoxorum communi & certa sententia, potest Primò quidem

quidem in causis viduarum, pupillorum, orphanorum, aliarumque miserabilium personarum, quando istaè injusta vi rerum suarum possessione sunt spoliata, *c. Ex tenore cit. § c. Ex parte 15.* Ratio est; quia hujusmodi personarum violatio spoliatioque sapit crimen Sacrilegii: cuius cognitio, illarumque vi oppressarum defensio, saltem cumulativè ad Ecclesiam spectat, *can. 1. can. Defensionis 2. dist. 87. can. Si quis de Potentibus, 24 q. 3. c. Super 26. in fine, de V. S.* ut propterea violenta earum despoliationis causa ad Ecclesiam deferri immediatè, & ordinariis iudicibus præteritis, possit, *Imola in c. Ex parte cit. n. 7. Barbosa n. 6. & Laiman n. 3.* rectè advertens, ejusmodi personarum causas in Petitorio de Jure ad forum Seculare pertinere: & de consuetudine ab illis vi spoliatis Possessorum recuperanda, propter secularium oppositionem, hodie rarè coram iudice Ecclesiastico intentari. Secundo, in causis furti aut rapinae rei sacrae, invasionis, turbationis, occupationis quarumvis aliarum rerum, ad Ecclesias, Monasteria, ceteraque Sacra & Religiosa loca pertinentium, *c. Cum sit § c. Conquestus 16.* qui non tantum ablatio rerum sacrarum, sed aliarum etiam ad Divinum cultum à fidelibus oblatarum invasio occupatioque Sacrilegium reputatur, *can. Nulli, 12. q. 2. can. Sacrilegium 4. can. Sicut 12. can. Qui rapit 14. § c. 17. q. 4. Sylvester V. Sacrilegium n. 6.* quod Mixti fori est crimen, *Clarus §. fin. q. 37. n. 6. & Farinacius Prax. Criminal. q. 8. n. 132.* etsi ejus cognitionem punitivè sibi vendicent curia Seculares. Tertiò, si agatur de peccato; ab hoc enim, ut recedant, laici iudici Ecclesiastico denuntiari, & ab isto compelli possunt; sic enim causa Pacis jurata, à seculari Principe violata, deducta ad sedem Apostolicam, &

ab ista inferioribus Prælati delegata est *c. Novit. 13. de Judiciis.* Simili modo ex simplici sive, ut vocant, Nudo pacto, aut latione infra dimidium alteri obligatus, etsi conveniri nequeat actione Civili, *l. Juris gentium 7. §. 4. l. Divisionis 45. ff. l. Legem 10. C. de Pactis § l. Rem majoris 2. C. de Rescind. vendit.* denuntiari tamen uterque Prælato Ecclesiastico, & ab isto ad impletionem pacti, *c. 1. § c. Qualiter 3. de Pactis,* & iusti pretii solutionem compelli potest, *arg. c. Novit cit.* cum id necessarium sit, ut ab Injusticia peccato recedant, *Fachineus Controvers. Lib. 2. cap. 25.* Quarto, si Secularis iudex officio suo desit, & litigantibus justitiam non administret, ab actore reum ad forum Ecclesiasticum trahi posse, ex *c. Licet 10. generaliter inferri & ratio reddi solet;* quòd justitiam administrari pertineat non tantum ad privatum partem, alteram indebitè gravantis, & iudicis ad certam ejus administrationem ex officio graviter obligati: sed commune bonum spirituale & pacem Reipublicae Christianae: bonum autem spirituale, cum ab inferioribus negligitur, procurare ad Ecclesiam spectet. Alii tamen ejus illationis generalitatem restringunt ad Magistratus & iudices Seculares, superiorem in temporalibus non recognoscentes. Eorum verò, qui talem recognoscunt, in administranda justitia negligentiam ab isto corrigendam aut suppleendam: ad Ecclesiam autem tum demum recurendum volunt, cum in Magistratu inferiore ad justitiam administrandam compellendo, ejus defectu suppleendo negligens est Princeps, aut alius Magistratus supremus; quòd administrationi justitiae in temporalibus Ecclesia se non intromittat, quando recursus est ad superiorem, inferioris defectum supplere valentem ac volentem, *Panormit. in c. cit. n. 9. Suarez de Censur. disp. 20.*

diff. 20. f. 1 à n. 15. & alii, quos refert & sequitur laudatus Oliva de Foro Eccles. Lib. 2. q. 44. n. 3. Unde

105. Dubium oritur, an vicissim iudicis Ecclesiastici in causarum decisionibus & clericorum punitione negligentiam supplere valeat Princeps aut alius Magistratus Secularis. Quod cum Glossa in can. Filiis 31. V. Regis, 16. q. 7. Decianus Tom. 1. Tract. Criminal. lib. 4. cap. 9. n. 83. Menochius Retinenda remed. 3. n. 354. & quidam alii desumunt ex can. cit. quò Archiepiscopi in rerum Ecclesiasticarum administratione negligentia Regis auri- bus dicitur intimanda: cujus textus dispositionem firmat praxis Hispaniæ, in qua à iudice Ecclesiastico in civilibus & criminalibus causis gravati ad tribunal Regium recurrunt. Neque, ut videri potest, id immeritò; cum arg. c. Licet cit. tum verò; quòd Secularis curia Republicam & ipsam Ecclesiam defendentis potius, quam agentis partes gerat.

Verùm, sicut cæterorum DD. Ecclesiasticis non infestorum, communi frustragiò recepta, sic spectatò tam Jure, quam ratione, certa est doctrina Suarez Lib. 4. de Defens. Fidei cap. 14. § 34. Marthæ de Jurisdic. p. 4. casu 456. Farinac. cit. q. 8. n. 46. Gonzalez in c. Qualiter 17. de Judiciis n. 4. & aliorum apud hos & laudatum Olivam n. 4. potestati Seculari Ecclesiasticorum Prælatorum negligentiam supplendi auctoritatem negantium, propter claram decisionem c. Qualiter cit. &c. & istà non minùs claram ac solidam rationem; quòd potestati Ordinis inferioris id nullo Jure indultum legatur respectu superioris: cujusmodi spiritualis & Ecclesiastica est respectu Secularis, c. Solita 6. de Major. & Obed. Sed Superiori tantùm respectu inferioris, can. Cum simus 9. q. 31. quia ad supplendam alicujus negligentiam, necessaria est co-

gnitio & jurisdictio: quam respectu Ecclesiastici non habet Magistratus Secularis: sicut contrà respectu ipsius, in iustitiæ administratione negligentis, juxta dicta, Ecclesiasticus habet.

Neque contrarium evincit textus can. Filiis cit. quia Imprimis varias & valdè ancipites habet expositiones; ac proinde ad causarum & controversarum quæstionum decisionem vix potest allegari, secundùm doctrinam Baldi in l. In ambiguo 3. ff. de Reb. dub. & Felin. in c. 1. de Constit. n. 55. præsertim adversus claram decisionem c. Qualiter cit. quâ aliisque sanctionibus Ecclesiasticis posterioribus, can. cit. contentum Jus, quatenus Seculari potestati favere videtur, correctum & abrogatum; volunt T. T. apud Barbosam in can. cit. n. 6. in fine. Deinde; quia ex comuni Interpp. sensu in causa Ecclesiastica recursus ad Regem can. cit. permittitur, non tanquam ad iudicem: sed, vel tanquam ad ejus advocatum ac patronum; ut extrajudicialiter curet, ne per dilapidationem Ecclesiæ damnum patiantur: vel quando quoad aliquod genus causarum Ecclesiasticarum privilegiò Apostolicò, vel istius aliquando obtenti famâ seu comuni existimatione cum immemoriali tempore fulcitur, cit. Marthæ casu 143. n. 4. & Barbosa n. 6. juxta dicta Lib. 1. tit. 4. à n. 50. Demum; quia Canon ille desumptus est ex concilio Toletano IX. cujus celebrati tempore, propter intersectorum barbarorum dominatum, ad Sedem Apostolicam difficillimus fuit recursus: eamque ob causam iste injustè gravatis à Metropolitano ad Regem permissus fuit indulgentiâ & privilegiò ipsius Sedis Apostolicæ: quò, aut ejus aliquando indulti famâ, allegatam Hispaniæ praxin niti, asserunt Bannez 12. q. 67. art. 1. dub. 2. Cenedo Quest. 45. Canon, n. 18. Marthæ cit. n. 4. &c. Accedit; quòd, vi

106.

quòd, vi praxis hodie in Hispania vigentis, Regii in Clericos sibi non vindicent jurisdictionem: sed tantum reos injustè gravatos, præmissa simplici notione declarent & defendant adversus gravamen, Gonzalez in c. Qualiter cit. n. 6.

107. Excipiendus tamen hoc loco est iudex Ecclesiasticus, in controversiis super feudo ortis, iustitiam non administrans vasallis; ejus enim negligentiam à Principe Seculari suppleri posse, ex c. Extransmissa 6. & c. Verum 7. cum Felino in c. Qualiter n. 1. & Panormit. in c. Verum cit. n. 16. rectè advertit Oliva cit. q. 44. n. 11. quòd iste respectu causæ Feudalis illius superior sit;

108. Tertio enim, ratione Feudi reus clericus non raro Seculare: & contra laicum Ecclesiasticum forum sortitur, c. Ceterum §. de Judiciis, c. Extransmissa & c. Verum cit. Quà in re tamen usu prodita & à DD. recepta est non una distinctio inter quæstiones & personas litigantes.

Et primò quidem, si lis seu controversia est inter vasallum & extraneum; vel etiam inter hunc & dominum directum, v.g. quòd extraneus rem non feudalem, aut in ea servitutem, vel aliud simile jus sibi vendicat, causæ cognitio ad rei conventi judicem ordinarium pertinet, juxta Lib. 2. Feud. Tit. 43. ne aliàs Dominus directus iudex sit in propria causa, contra Regulam Rubric. & l. Unic. C. Ne quis in sua causa, Glossa in c. Ceterum cit. Panormit & Felinus ibid. n. 13. & Clarus §. Feudum, q. 90. n. 7.

Secundò, eidem rei conventi Ordinario judici competit cognitio, cum super uno feudo inter duos, aliud feudum à domino directo non obtinentes, litigatur, cujus illud, sive quis ratione ejus sit vasallus, Feud. Lib. 2. Tit. 15. §. Illud tamen; hoc ipsò enim, quòd hujusmodi litigantes aliud feudum à domino directo

non habeant, & feudum litigiosum ad se pertinere uterque contendat, eorum unus tantum est vasallus, alter verò necessariò extraneus; & propterea coram iudice Ordinario conveniendus. Ita cum Decio in c. Ceterum cit. n. 11. Imola ibid. n. 6. Curtio Jun. Tract. Feudal. p. 7. n. 5. Fachineus Controvers. lib. 7. cap. 101. dissentiente Schradero Tract. Feudal. p. 10. f. 2. n. 8. & cum Panormit. in c. Ceterum cit. n. 13. Socino in c. Extransmissa cit. n. 29. controversiæ decisionem adituente ipsius feudi domino directo; quòd ea verè sit causa Feudalis; ac proinde coram eo, vel si coram ipso nequeat, coram curiæ Paribus petra tractanda, secundum Feud. Lib. 2. cit. Tit. 55. §. 2. V. Præterea & c. Extransmissa cit.

Tercio de controversia, super feudi 109. proprietate vel possessione inter duos vasallos orta, cognoscere, est domini directi eorum immediati Feud. Lib. eodem, Tit. 55. §. fin. V. Præterea, sive ille & iste Seculares, sive Ecclesiastici sint, c. Ceterum, c. Extransmissa & c. Verum cit. Rationem autem, cur vasallus clericus, privilegiò fori non obstante, coram domino directo etiam laico ex Ecclesiæ, §. fin. cit. dispositionem approbantis, permissione conveniri possit, reddit Panormit. in c. Verum cit. n. 13. quòd, cum penes vasallum solummodo utile: directum autem dominium sit penes dominum, rei feudalis utilitatem illi liberaliter quidem, sed ita concedentis; ut certis casibus valeat revocari: proprietas verò penes ipsum remaneat, dominus directus, controversiam super feudo inter vasallos ortam definiendò, de re propria, suoque beneficio ac liberalitate penes alterum existente, cognoscere, & pronuntiare videatur.

Quartò, si super feudo orta lis sit inter ipsum dominum directum & vasallum: 110. & iste

& iste rem, de qua agitur, feudalem esse, non inficietur: sed quæstio sit super ejus concessione, devolutione, retentione, servitiis, vel tributo ratione illius præstandis, cognitio pertinet ad Pares Curia, sive alios ejus domini directi & provincie vasallos, communi utriusque partis litigantis consensu eligendos, §. *fin. cit. V. Si verò, cit. Lib. 2. Tit. 16.* sive illi & hi laici, sive clerici sint; quia in feudalibus Ecclesia & clerici Feudorum Consuetudinibus, Jure Ecclesiastico approbante, subijciuntur, *cit. Oliva p. 3. q. 29. n. 21.* Curia autem Paribus, quod alios vasallos in provincia dominus non habeat, deficientibus, causæ cognitionem ad Ordinarium Seculare, si reus conventus laicus: aut, si ipse clericus vel Ecclesia sit, ad Ecclesiasticum judicem spectare, cum Glossa in §. *fin. cit. V. Pares Curia, Baldo ibid. n. 8. Panormit in c. Verum cit. & aliis tradit Menoch, cit. Remed. n. 444.*

Quintò, ab eodem Ordinario judice decidenda est controversia, orta super re, quam dominus directus feudalem: vasallus contra allodiam ac liberam esse contendit; ne dominus directus, ejus causæ cognitionem sibi vendicans, jus dicat in propria causa, ut cum Baldo in §. *fin. cit. V. Præterea, n. 4. Panormit, in c. Caterum cit. n. 13.* docent Clarus §. *5. cit. n. 7. & Menochius cit Remed. 3. n. 428.* Siverò coram Ordinario, rem litigiosam feudalem esse, constiterit, controversias inter dominum & vasallum, super ea ortas, ad Curia Parium judicium remittendas, rectè notant *cit. Clarus n. 7. & Oliva n. 27.*

III. Dubium controversumque est, an domino directo Seculari competat cognitio de crimine clerici vasalli, inducente feudi privationem. Possent volunt Baldus in *c. Quæ Ecclesiarum 7. de Constitut. n. 5. &*

Jason in *Prelud. Feud. à n. 5.* suadetque ratio; quod clerici & Ecclesia quoad feuda non aliter considerentur, quàm ceteri vasalli; cum ea, sicut laicis, sic etiam ipsi concessa censeantur cum oneribus & obligationibus, inductis per Consuetudines Feudales; ac proinde ob crimen iisdem casibus, quibus laici, etiam ipsi feuda amittant: & sicut illi, sic etiam ipsi subijciantur jurisdictioni domini directi. Confirmatur paritate clericis, à Principe Seculari assumpti ad officium Seculare: qui ab illo deponi potest, si in officio delinquat. Cur non pari ratione, si feloniam committat, privari feudo?

Sed verius *cit. Martha p. 4. casu 89. 112.* Oliva *n. 19. Fagnanus in c. Caterum cit. n. 29. Haunold Tom. 5. de J. & J. Tract. 1. n. 23. & Prænotabilis ac Magnificus D. Dominicus Bassius Semicent. Controvers. 10. n. 11.* quantumvis, cum ad amissionem feudi ex causa merè Civili, omissione petitionis investituræ, feudi alienatione, omissione auxilii vel denuntiationis & similibus contra clericum agitur, cognitionem adstruant domino directo, etiam Seculari: huic tamen eam competere, cum Innocentio in *c. Verum cit. n. 2. Panormit. & Alex. de Nevo ibid. n. 15.* aliisque Interpp. negant, quando ex crimine proprio dicto (ut sunt Proditio, Parricidium, Stuprum, illatum domini uxori aut filia, & similia delicta non solum ex contractu vel Consuetudine feudali, sed Naturali Divinòque Gentiumque & Communi Jure graviter prohibita) Feudi privationem inducente, vasallus Ecclesiasticus tam civiliter, quàm criminaliter convenitur; quod generalis Regula sit, de clericis & personis Ecclesiasticis cujuscunque crimine, neque directè neque indirectè, cognosci posse à Curia sive judice Seculari, *c. At si clerici 4. c. Cum non ab homine 10. de Judic. c. Nullus 2. c. Si diligenti*

12. *hac Rubr. & c. Unico de Cleric. conjug. in. 6.* à qua Regula clerici aliique vassalli Ecclesiastici nullo Jure excipiuntur. Quare de vassalli clerici crimine cognoscere solummodo poterit iudex Ecclesiasticus: à quo, si condemnatur, tum demum feudum, ipsi ablatum, alteri poterit concedi. Si verò absolvatur, ad ejus amissionem, ex eodem crimine agi amplius non potest, *citt. Innocent, n. 2. & Panormit. n. 17.*

Neque aliud evincit ratio allata in contrarium; quia, licet ut ceteri vassalli, sic etiam clericus feudum obtinens consideretur, cum contra eum merè civiliter & ex alia causa quam ex crimine propriè dicto agitur: aliud tamen obtinet, quando ex isto convenitur; quia clerico competens Fori privilegium, quoad ejus conventionem ex crimine nupiam relaxatum, aut approbatum est Jus feudale: sicut hoc approbatum, & illi quoad conventiones merè Civiles derogatum est *c. Cateris, Ex transmissa, & c. Verum citt.*

Neque paritas est vassalli cum Officiali; quia iste à Principe assumitur omnino liberè, & cum tacita conditione; ut, cum libuerit, officium ipsi possit auferri: quò modò cum non concedantur feuda, & his vassalli, non ad libitum, sed ex causis suntaxat Jure expressis, privari possint, ad feudi privationem opus est cognitione judiciali & condemnatione de crimine, domino Seculari in clericum vassallum Jure non competente. De Jure, inquam; quia plurium provinciarum usu aliud est receptum: & de vassallorum etiam Ecclesiasticorum criminibus, feudi privationem inducentibus, cognoscunt domini directi, etiam Seculares: quam consuetudinem aliter, quam tacita Ecclesiasticæ approbatione defendi vix posse, censet *citt. Haunold. n. 248.*

114. Quarto, sicut super feudo, sic e-

tiam super bonis Regalibus coram Principe & curia Seculari, perinde ut laicos, sic & clericos atque Ecclesias conveniri posse, cum Gutierrez *Practic. Lib. 1. q. 10. n. 1. tradit Palao Tract. 11. disp. Umic. p. 7. n. 5.* quòd hujusmodi bona clericis & Ecclesiis concessa præsumantur sub conditione; ut super iis ortæ controversiæ à Principe definiantur. Unde, si talia bona clericis & Ecclesiis concedantur, has & illos super iis in foro Seculari conveniendos, cum iisdem docet Haunold *citt. n. 236. in fine.*

Dubium nascitur, an Princeps vel alius dominus Secularis bona & res suas per donationis viam in Ecclesiam aliumve locum vel personam Ecclesiasticam transferre valeat cum reservatione jurisdictionis & cognitionis controversiarum, super iis movendarum: sub eaque conditione facta donatio acceptari. Id certè negat Ranbeck *Panoplia Immunit. Disp. 2. cap. 6. controvers. 6. n. 24.* & negandum luadet ratio; quia donationis eò pacto & conditione factæ acceptatio continet renuntiationem privilegii Fori Ecclesiastici, sanctionibus Canonis non permissam, imò apertè reprobata *c. Si diligenti 12. hac Rubr.* cum privilegium illud non privatam personæ vel loci, sed totius ordinis seu statûs Ecclesiastici & publicum Jus sit: juri autem publico privatorum pactionibus renuntiari non posse, explorati Juris Regula sit, *c. cit. §. 1. Jus publicum 38. ff. de Pactis.*

Verius tamen, donationem locò vel personæ Ecclesiasticæ cum jurisdictionis reservatione factam & acceptatam subsistere, cum Felino *in c. Ecclesia 10. de Constitut. n. 22. Anchorano Consil. 323. & aliis VV. sustinent Molina Tract. 5. de J. & J. disp. 6. n. 6. Suarez Defens. Fidei Lib. 4. cap. 5. n. 13. Laiman Lib. 4. tract. 9. cap. 5. n. 4. & Libertatis Ecclesiasticæ accuratiff-*

accuratissimus assertor Del. Bene de Immunit. cap. 7. dub. 4. n. 1. quos secuti sunt Haunold. Tom. 5. de J. & J. Tract. 1. n. 236. Pirrhing. ad Rubr. de Immunit. n. 74. in fine & laudatus D. Collega D. Bassus controvers. 13. n. 9. Ratio est; quia, cum quilibet rerum suarum moderator & arbiter sit, l. In re mandata 21. C. Mandati, earum traditioni apponere potest conditiones, quas vult: dummodo honesta & Jure reprobata non sint, l. In traditionibus & c. Verum 4. de Condit. apposit. ubi Glossa V. Conditione & Panormit. à n. 1. Conditio autem reservans jurisdictionem, in bona per viam donationis translata in Ecclesiam aliumve locum vel personam Ecclesiasticam, honesta sit & Jure non reprobata: imò eò ipsò; quòd Principes alique Seculares domini bona sua allodialia Ecclesiis concedere valeant in feudum, c. Caterum 5. & c. Novus 13. de Judiciis, aperte approbata; cum concessione rei in feudum ex ipsa istius natura non solum obligatio ad fidelitatem & honesta servitia sive obsequia personalia exhibenda obligatio vasallo imponatur Feud. Lib. 2. tit. 3. §. fin. Tit. 23. in fine, & Tit. 55. pr. & c. sed etiam forum sive jurisdictio, in bona in feudum concessa, domino directo vel paribus Curiae reservetur, c. Ex transmissa 6. & c. Verum 7. hanc Rubr.

Neque istius reservationem in bona Ecclesiae & c. donata convellit contra eam deducta ratio, cum; quia ista non convellit concessionem rerum in feudum Ecclesiis, quae multò gravior est, quam reservatio solius jurisdictionis in bona donata: tum verò; quia, cum hujusmodi reservatione facta donationis acceptatio propriè non est renuntiatio privilegii fori Ecclesiastici; cum res ita donata Ecclesiastico foro nunquam fuerit subjecta; ac proinde cum fori reservatione facta do-

nationis acceptatione jus Ecclesiae quaesitum non dimittatur: sicut fit per veram & propriè dictam renuntiationem: quam sui & jam quaesiti juris dimissionem esse, cum Flamin. de Resignat. Lib. 1. q. 1. n. 9. dictum est Lib. 1. Tit. 9. n. 1.

Dubium secundò & maximi momenti ac praëjudicii controversia est, an Clerici aliaque personae & loca Ecclesiastica sicut super Feudalibus, Regalibus & cum jurisdictionis reservatione donatis, sic etiam super aliis bonis ac rebus suis in foro Seculari conveniri de Jure valeant actione Reali. Possè enim auctor est Godofredus in l. De his 3. c. de Episc. & Cleric. n. 2. cujus Opinionem Bartolus in l. Incola 29. ff. ad Municip. n. 5. cit. Gutierrez Lib. 2. q. 123. n. 7. Gaill. Practic. Lib. 1. observat. 37. n. 4. & postquam ea tribunalium usu invalescere cepit, ceteri Legistae ita obfirmatò studio amplexi sunt; ut hodie clavum Herculi extorqueas facilius, quàm ratione aliquà hanc suam ipsis eximas Opinioneem. Ratio, quae praecipuè moventur, est; quòd ex una, c. At si Clerici, c. Nullus civ. c. Quòd si clericus 5. c. Seculares 2. hanc Rubr. in 6. Auth. Sancimus, Auth. Sed hodie C. de Episcop. & Cleric. aliaque constitutiones Ecclesiasticae & Imperiales, in quibus clericorum aliarumque personarum & locorum Ecclesiasticorum à Seculari foro exemptio fundatur, disertè loquantur de non judicandis aut distringendis in isto illorum personis; ex altera verò parte, actio realis clerici non personam, sed rem duntaxat, v.g. praedium spectet; in eaque clericus non tam reus sit, quàm defensor; qui privilegio Fori non juvatur, quò minus sequatur forum personae, aut etiam rei, cujus suscipit defensionem, l. Venditor 49. ff. de Judiciis. Confirmatur; quia actione Reali in iudicium vocatur non persona clerici; cum de istius obligatio-

ne non

ne non agatur, §. Omnium 1. Infit. de A-
 Elion. sed res, secundum usitatum phar-
 sin VV. JCT. orum, iudicium vel senten-
 tiam rei controversiæ dari vel dici, asser-
 entium, l. Libertio 32. §. fin. ff. de Negot. gest.
 §. l. Sed & locum 4. §. 5. ff. Fin. regund.

117. Sed verius, clericum, Ecclesiam &c.
 de Jure, etiam Reali actione conveniri in
 foro Seculari non posse, cum Panormit.
 in c. Ecclesia 10. de Confit. n. 22. Baldo
 in Auth. Clericus C. de Episc. & Cleric. n.
 2. Tiraquell. de Retract. lign. §. 32. Glos.
 1. n. 81. Boerio decis. 69. n. 35. Steph.
 Gratiano Discept. cap. 16. à n. 21. Ro-
 land. à Valle Lib. 2. Consil. 23. n. 13. de-
 fendunt Covarruvias Practic. cap. 31. n.
 5. Maranta Ord. Judic. p. 4. dist. 11. n. 2.
 & Farinac. Prax. Criminal. q. 8. n. 21.
 Quorum doctrina omnium alicujus no-
 minis ac notæ TT. & Canonistarum cal-
 eulò approbata est, claròque Jure nititur &
 solidà ratione.

Jure quidem §. Nullus post can. Cla-
 ricum 2. can. Nullus 5. ibi, Episcopus ne-
 que pro Civili neque pro Criminali cau-
 sa ad judicem Civilem producat, can.
 Inolita 39. can. Placuit 40. §. c. 11. q. 1.
 c. Si diligenti 12. ibi, In Criminali seu in
 Civili negotio, hâc Rubr. Auth. Sed hodie,
 ibi, In qualibet causa Criminali vel Pe-
 cuniaria, Auth. Statuimus C. de Episc.
 & Cleric. qui & similes textus alii, cum
 utrumque genus causarum Criminalium
 & Civilium exprimant: earumque no-
 minibus clericorum causas omnes com-
 prehendant, ad actiones Personales sine
 violentia nequeunt restringi. Imò per-
 sonas Ecclesiasticas actione etiam Reali
 in foro tantum Ecclesiastico conveniri o-
 portere, perspicuè habetur, c. fin. de Ju-
 dicio, cujus textu laicus, qui ab Abbate &
 Conventu super quasi possessione juris e-
 ligendi Rectorem Politicum, sive officia-
 lem Secularem, ut rectè observat Cani-

fius in c. cit. n. 9. & ex c. cit. plena lecti-
 one indubitatè constat & Tit. 12. n. 121. O-
 stendetur; adeoque super rei mere tem-
 poralis quasi possessione in foro Seculari
 conventus succubuit, istos in Petitorio,
 sive super ejus juris proprietate, mutato
 foro, coram judice Ecclesiastico debuit
 convenire: quantumvis aliàs, ne causa-
 rum continentia dividatur, iudex, qui de
 Possessione cognovit, cognoscere etiam
 debeat de proprietate, c. 1. de Causa Poss.
 & Propr. §. l. Nulli 10. C. de Judicio, lu-
 culentò argumentò, clericos & ceteras
 Ecclesiasticas personas locaque actione et-
 tiam Reali in foro Seculari conveniri de
 Jure non posse.

Ratione verò, partim; quia res &
 bona, tanquam accessoria personæ, illius
 forum sequuntur, ut mutata conditione
 & statu personæ etiam rerum forum mu-
 tetur; sic enim res & bona assumentis
 militiam Secularem &c. ad illius forum
 transeunt, l. Magisterie 6. ff. de Juridict.
 omni. jud. §. l. fin. C. de Agent. in reb. Cur
 ergo forum Ecclesiasticum non fortian-
 tur res & bona clericorum? cum, quæ re-
 ligiosis adherent, religiola fiant, l. Quæ
 religiosi 43. ff. de R. V. & ad clericatum
 assumptus transferit ad militiam Cœles-
 stem, statum multò, quàm hujus Seculi
 militum est, nobiliorem ac digniorem,
 partim verò; quia de causa & actione Re-
 ali judicialiter cognoscens jurisdictionem
 etiam exercet in personam domini, sive
 possessoris in judicio conventi, eum ci-
 tandò & comparere compellendò: juris-
 dictione autem in personâ clerici, utpotè
 Fori Ecclesiastici privilegiò munitam, ex-
 exercere nequit iudex Secularis. Unde pla-
 nè corruunt, quæ in contrarium allata
 sunt argumenta: quibus

Majorem vim non habet; quòd quis-
 que forum fortiat in loco, ubi sita est
 res, de qua controversia in judicium est
 deducenda

deducenda, c. fin. hâc Rubr. S. l. fin. C. Ubi in rem alt. exerc. quia forum quisque etiam sortitur in loco contractûs, per ejusdem c. fin. S. l. Hæres 19. ff. de Judic. textus: & tamen etiam secundum oppositæ Opinionis Assertores, clericus, ubi contraxit, actione Personali, qualis ex contractu oritur, §. Omnium cit. conveniri nequit in foro Seculari. Quare, sicut ratione contractûs Personali, sic Reali etiam actione ratione rei, clericus in foro tantum Ecclesiastico conveniri potest in loco, ubi res est sita, ut probè advertit cit. Haunold. n. 236.

118. Dixi tamen, de Jure; quia isti in multis locis hodie prævaluit contraria consuetudo: quam tamen, cum quid facti sit, probandam, rectè monet Magnific. D. Collega Dominic. Bassus Semicent. controvers. 9. n. 3. Probatam autem, Faber in §. Si verò 3. Instit. de Satiat. n. 7. difficilem, & invalidam pronuntiat Baldus c. Decernimus 2. de Judiciis in fine. Inclementius eam habent duo Socini: dum, quò ea Jure nitatur, à se ignorari, ingenuè fatetur Senior, Lib. 4. Consil. 13. n. 30. Junior verò, eam Papæ tolerantia excusari non posse, monet in c. 1. de Foro compet. n. 35.

ARTICULUS VII.

De Foro Competente
ratione Jactationis seu
Diffamationis.

SUMMARIUM.

119. Diffamans ad diffamationis probationem cogitur,
120. Coram non suo, sed diffamati judice:
121. Sive eum super statu vel crimine,
122. Sive super alia re vel jure traduxerit

123. Etiam si ipse clericus, & laicus sit
judex:
124. A quo, præfixò probationis terminò
citatur,
125. Eâ citatione preventionem induci,
aliqui asserunt:
126. Alii inficiantur.
127. Diffamato contumaciter absenti
silentium injungitur.
128. Diffamans diffamationis factum
129. Ejus veritatem diffamator probat.
130. Secus ad perpetuum silentium ob-
ligatur.
131. Remedium l. 8. ff. de Fidejussori-
bus.

119. Septimò forum quis sortitur ratione Jactationis seu Diffamationis: quod competit ex l. Diffamari 5. C. de Ingeniis & manumiss. cujus beneficiò, in ingenuitatis possessione constitutus, si à quopiam inquietetur ac diffamatur, quasi ingenuus non sit, apud judicem conquiri & petere ab eo potest; ut diffamanti assignet certà terminù, intra quem suæ jactationis sive traductionis veritatem, sive diffamato objectæ servilis conditionis maculam probet: & si in probatione defecerit, perpetuum ei silentium imponatur. Quod sanctione Imperiali providè introductum est, ad reprimendam temeritatem illorum, qui improvidà & malitiosà jactatione detrahunt proborum statui, eorumque existimationem publicam lædunt, Socinus in l. 1. §. Si hæres 16. ff. ad S. C. Trebell. Ubi

Dubium est primò, quis in hac Jactationis seu Diffamationis causa competens sit judex. Primà enim fronte, competens & à diffamato ad eundem esse, videri potest judex ipsius diffamantis, cum; quòd iste tanquam reus in judicio conveniatur: actor autem rei forum sequatur, ex Regula c. Si Clericus 5. c. Cum sit 8. hâc Rubric. S. l. Juris 2. C. de Jurisdic. omn. Jud. tum verò;

tum verò; quòd ex *l. Diffamari cit.* ut jactationis & traductionis suæ veritatem probet, diffamans sit cogendus; cogi autem nemo possit, nisi à judice suo; cùm alienus eum, qui subditus non est, cogendi nullam habeat potestatem, *arg. c. fin. de Constitut. in 6. & l. fin. ff. de Jurisdic.*

Sed rationibus his potior est sanctio Imperialis, ejusmodi causæ cognitionem adstruens proprio judici personæ, super statu sive servilis conditionis maculam diffamata. Idque Jure optimò, partim; quòd eà agatur de personæ statu, seu qualitate, cujus cognitio proprio illius judici competit, *l. 1. & l. Si ex possessione 4. C. Ubi causa status agi deb.* partim verò; quòd ejus adversarius ipsam jactatione seu traductione suâ diffamatum accusare, sive tacite ad illius judicem provocare: & sic illum reum, se verò actorem constituere videatur; cùm Actor ille dicatur, qui prius movit litem, *c. Forum 10. V. Accusator, de V. S.* ac proinde diffamati forum tanquam actor sequatur, per ipsos textus in contrarium adductos: & causam, ipsam traductione suâ exceptam, prosequi cogatur coram proprio judice ejus, quem diffamavit, *arg. l. Ubi acceptum 30. ff. de Judiciis*, Baldus in *l. Diffamari cit. n. 8. & 10.* Gaill. *Prædic. Lib. 1. Observat. 9. n. 3.* & Perez in *Rubr. C. de Ingeniis & manumiss. n. 9.*

121. Dubium secundò est, an *l. cit.* remedio in sola statû diffamatione sit locus. Ratio dubitandi est; quòd, cùm ea super ipsius casu sit concepta; & exorbitet à Regulis Juris communis, quempiam invitum ad agendum compelli, & ad judicem non suum trahi, non permittentis, *l. Unica C. Ut nemo invitus agere, & l. fin. cit.* eam ad alios casus & causas extendere non sinat, *Reg. Quæ à Jure 20. in 6.* Sed ratio hæc speciosa magis, quàm, solida est; cùm enim, sicut super statu,

sic & super alia re quacunq; alterum diffamans ipsam suam traductione tacite ad judicium non suum ipse provocer, compelli ad agendum, & ad judicem non suum trahi, non censetur. Unde à Juris Regulis non divertit, aut exorbitat communis interpretatio DD. *l. cit.* locum esse asserentium in omni genere causarum; ut non solum, qui alterum, tanquam servum vel spurium, aut aliàs illegitimè procreatum: sed is etiam, qui eum tanquam adulterii aut cujuscuq; criminis reum, vel alienæ rei aut juris detentorem vel possessorem injustum, vel debitorem suum jactavit & traduxit, compelli valeat; ut maculam, crimen, possessionis injustitiam vel debitum apud non suum, sed ipsius diffamati judicem, intra præfixum ab isto certum terminum, probet: vel, si hoc renuat, aut nequeat, perpetuum silentium ei injungatur. Ratio est; quòd æquissimū sit, ut honestorum & proborum virorum, sicut status: sic etiam fama atque existimatio contra malignorum obtestationes illæsa, juraque intacta & pacificæ rerū possessiones conserventur, Ant. Gabriel *Lib. 2. Tit. de Action, conclus. 6. n. 2. cit.* Gaill. *n. 2.* Perez. *n. 10.*

Dubium tertio est, an remedio illi etiam locus sit contra clericum laici diffamatorem. Coram Ecclesiastico judice ei locus esse, nemo ambigit. An etiam coram Seculari, dubium reddit, partim privilegium Clericale, vi cujus adversus illum in jus vocantem exceptione fori declinatoriâ clericus defenditur, *arg. l. fin. ff. de Jurisdic. c. Nullus 2. & c. Si diligenti 12. hæc Rubr.* partim; quòd in hoc judicio diffamator sit actor; ac proinde laici à se diffamati sequatur forum, ad quod ipsam suam traductione tacite provocavit, *c. Cùm sit & l. Juris cit.* Utrique huic rationi aliquid tribuendum; ut clericus quidem

quidem ad criminis aut maculae objecta aut iactati juris sui probationem coram diffamati tanquam rei iudice laico adstringatur; quod ratio posterior, & quod priore vincit, ad comparandum coram isto non compellatur, nisi ab Ecclesiastico & suo iudice: qui propterea pro citationis executione à diffamati iudice laico adeundus & requirendus est; ut clerico diffamatori comparitionem & alia ad *l. Diffamari cit.* processum pertinentia injungat. Quod ipsum in diffamatore laico observandum est, quoties à diffamato imploratur officium iudicis, cuius jurisdictioni diffamans non est subiectus, ut ex Mundo *in l. cit. §. 3. n. 235.* hujus Requisitionis formam praescribente, monet Engel *ad hanc Rubric. n. 58.* Confirmatur; quia diffamatus, licet in iudicio, ut vocant, Actionis, in quo de maculae vel criminis objecti aut praetensi juris veritate cognoscitur & pronuntiatur, partes sustineat actoris: in iudicio tamen Diffamationis, ut loquuntur, in quo ejusmodi termino cum perpetui silentii comminatione praefixo citatur, reus iudicatur; ut proinde, si clericus sit, Ecclesiastici & proprii iudicis sui autoritate in jus debeat vocari, ut rectè observant Zoësius *in C. de Ingen. & manumiss. n. 23.* & Pignatellus *Tom. 1. Consult. 50. n. 31.*

124. Porro *l. Diffamari cit.* praxin declarare juvat exemplò Caji, sibi à Titio centum deberi iactantis; tali enim casu Primo Titius proprium suum, tanquam diffamati, iudicem adit, eique conqueritur & summarie probat, Cajum iactavisse, sibi à Titio deberi centum: quorum se debitorem cum non sciat & inficietur, iudicis officium implorandò petit, ut Cajo praefigat certum terminum, intra quem jus suum deducat & debitum sive praetensionem iactatam probet, sub poena seu comminatione perpetui silentii, si defecerit,

imponendi. Ea autem iactationis probatio per instrumentum, sive exhibitas diffamationis literas aut picturam, vel per testes faciendae, & necessaria est; ut processus & diffamantis citatio decernatur, secundum *Ordinat. Camera Imp. Lib. 2. cap. 25. pr.* cum fundamentum sit hujus iudicii; ac proinde, antequam hoc constitutatur, iudici de ea debeat saltem probabiliter constare, Boërius *Decis. 225. n. 7.* Covarruvias *Lib. 1. Var. cap. 18. n. 2. c. 11.* Gabriel *n. 24.* & Gaill. *Observat. 10. n. 7.*

Secundò, diffamatione ita probatà, 125. à iudice citatur Caju, eique praefigitur certus terminus, intra quem debitum, quò Titium sibi obligatum iactavit, probet sub perpetui silentii, si defecerit, imponendi comminatione: cuius citationis in iudicio Cajo facta, Pilegrinus *de Offic. Vicar. p. 2. sect. 3. sub §. inters. 3. n. 12.* Engel *l. cit. n. 6.* & alii apud Card. de Luca *Theatri V. & J. de Jurisdic. disc. 37. n. 7.* praeventioem induci volunt; ut, etiamsi Titius haberet plures iudices, coram quibus conveniri posset, Caju tamen non quem ex iis ipse praefert, adire possit; sed coram eo, cuius officium Titius imploravit, comparere & intentionem suam, sive iactandò praetensum debitum probare teneatur. Rationem reddunt; quòd idem iudex debeat esse causae praeparantis & praeparatae, per tradita à Baldo *in l. Ordinarij 13. C. de R. V. à n. 2.* ne causarum contentia dividatur, contra Regulam *c. 1. de Causa poss. & propr. §. l. Nulli 10. C. de Judiciis.* Alii tamen frequentiori calculò & non minori ratione cum Marian. Socino *in c. Proposuisi 19. hanc Rubr. n. 20.* Covarruvia *Lib. 1. Var. cap. 18. n. 6.* & Gaill. *cit. Observat. 9. n. 5.* citatione illa jurisdictionis praeventioem induci negant, & Caji arbitrio permittunt, an coram illo vel alio Titii iudice, praetensi debiti probationem suscipiat; ut, si velit,

K 3

petere

petere valeat, diffamationis causam ad Titii iudicem à se eligendum remitti; quod, ut dictum, in hoc iudicio diffamator sit actor vel accusator, diffamatus autem reus: ex cuius competentibus pluribus, quem mavult, adire in potestate actoris est, non rei ab eo in iudicio conveniendi.

127. Tertiò, si Cajus diffamator ter, vel unâ citatione peremptoriâ in jus vocatus contumaciter emanerit: & neque coram eo, à quo citatus est, neque coram alio Titii iudice compareat, & diffamationis sive iactati debiti probationem suscipiat, iterum citatur: & si in contumacia perseveret, ad petitionem Titii perpetuum ipsi super diffamatione & debito iactanter asserto silentium injungitur, *citt. Gaill. Observat. 12. n. 6. Perez n. 7. & Bruneman. n. 16.*

128. Quartò, si Cajus in termino citationis compareat, & ut non raro solet, diffamationem neget, ejus assertæ probatio incumbit Titio: qui, si in probatione deficiat, ab ejus petitione absolvitur Cajus, ipse verò in expensis condemnatur, *Gaill. Observat. cit. n. 7.*

129. Quintò, si verò Cajus comparens iactationem fateatur, & Titium debitorem suum esse asseveret, ipsi tanquam actori injungitur onus probationis: & in hac deficiente perpetuum silentium indicitur, sive, quod idem est, super prætenso debito ullam impofterum molestiam Titio inferre prohibetur: & si per obstinatam malitiam ei molestus esse non cessaverit, postmodum pro injuriæ gravitate coercetur, *arg. l. Unie. ff. Si quis jus dicenti non obtemperat. Atque hanc l. Diffamare est. Practicam, etsi fortè ex pravo ejus intellectu profecta aut ab Interpp. conficta sit, ut ostendit Wisenbach, & Bruneman. n. 18. agnoscit, hodie tamen in iudiciis receptissimam & Imperialis Ca-*

130. mera Ordinatione *citt. Tit. 29. approbatam, ait n. 19.*

131. Ex *l. Diffamari cit. competentis* fine est remedium *l. Si consentat 28. ff. de de Fidejussoribus*: quod, etsi specialiter conceptum sit de fideiussore, cui competit beneficium Divisionis: ex eius tamen æquitate generali ab aliquo, v.g. Titius à Caio, nullâ huius traductione vel diffamatione præcedente, super aliquo debito vexationem & molestiam timens, proprium suum iudicem, coram quo ab illo conveniendus esset, adire & petere ab eo potest, declarari, se eius debitorem non esse, vel sibi adversus eum competere legitimam exceptionem: & propterea Caio super debito, super quo ab eo litem sibi movendam metuit, perpetuum silentium imponi, *Panormit. in c. Si quis contra 4. n. 2. citt. Covarruvias n. 3. & Pillegrin. n. 20. in rem hanc etiâ allegantes l. Aurelius 28. §. 8. ff. de Liberat. leg. & l. Si pater 3 C. Qui bonis ced. poss. & inter l. Diffamari & l. Si contendat citt. varias, & præcipuè eam statuentes differentiam; quòd posterior solum vexationis metum vel periculum supponat, non præviam diffamationem: cujus probatio, ut subeunda non sit, in praxi *ll. citt.* utràque prodita remedia, ad faciliorem causæ expeditionem, cumulari & misceri consuevisse, cum *DD. citt.* notat de Luca *citt. disc. 73. n. 6.**

ARTICULUS VIII. De Foro Competente ratione Connexionis

Causarum.

SUMMARIUM.

132. Ratione connexionis forum reus fortitur:
133. Sive causa connexa sint ratione Personarum,

134. Reus

134. Rei vel Quæstionis incidentis :
 135. Sive ratione Reconventionis vel
 actionis Generalis.
 136. Clericus & laicus rei debendi Ec-
 clesiasticum forum sortiuntur.
 137. Si causa individua sit.
 138. Eadem ratio est aliarum ejusmodi
 Civilium causarum.

132. **O**ctavo reus forum sortitur ratio-
 ne Continentiæ, sive connexio-
 nis causarum, juxta tritum,
 quò istorum continentia non
 dividenda, hoc est, de causis connexis
 regulariter ab uno eodémque ordinario
 vel delegato giudice cognoscendum dicitur,
*l. Nulli 10. C. de Judic. c. 1. de
 Causa possess. & propr. cum;* ut parcatur
 sumptibus partium litigantium: quibus
 ad diversos iudices distractis illi multi-
 plicantur; tum verò; quòd iudex, qui co-
 gnovit de una, ad expeditiorem alterius
 pertractationem jam sit instructus, & pe-
 riculum sit; ne contrariæ sententiæ se-
 quantur, Bruneman. in *l. Nulli cit. n. 6.*

133. Continentes autem sive connexæ cau-
 sæ dicuntur, quæ communem judicatio-
 nis rationem habent; ut una sine altera
 non facile possit: & propterea utraque
 ab eodem iudice debeat & soleat definiri,
Jason in l. cit. §. 1. Quoties 3. C. de Judicis.
 Connexæ autem causæ diversimodè esse
 possunt & sunt: aliquando quidem ratio-
 ne Personarum, quæ in iudicio conveniuntur,
 ut in primis sunt, qua plures cohæ-
 redes actione Familiæ heriscundæ, sive
 de dividendis, distribuendisque rebus hæ-
 reditariis, & de eo, quod alteri ab altero
 præstari oportet, inter se agunt, *l. Non est
 9. ff. Famil. heris. §. 1. Quadam 20. In-
 stit. de Actionibus.* Deinde, quæ inter plu-
 res agitur, ut res, ex Societatis vel qua-
 cunque alia honesta causa, ipsis commu-
 nis dividatur: & quod alterum alteri

præstare oportet, utrinque præstetur, *l. Si
 probatum 2. l. Ad officium 3. Sc. C. com-
 muni divid.* Præterea, quæ prædia ru-
 stica confinia habentes agunt ad confini-
 um fundorum divisionem, sive, ut termini
 declarentur: & vel constituantur novi,
 vel antiqui restituantur, *l. Sed & locis 4. §.
 4. §. 1. Si irruptione 8. ff. Finit. regund.* De-
 mum, quæ ex pluribus tutoribus unus,
 quasi cæteri solvendo non sint, à pupillo
 conventus, contutores omnes, vel in to-
 tum vel pro parte solvendo esse asserens,
 petit; ut omnes citentur, & ad eundem
 iudicem remittantur, *l. 1. §. 1. fr. ff. de
 Quibus rebus ad eund. jud. eatur.*

Aliquando ratione Rei, de qua con-
 troversia est: ut quando circa eandem
 rem diversæ quæstiones principaliter aut
 incidenter in iudicium deducuntur, vg.
 cum lis est de ejusdem rei possessione &
 proprietate, *l. Nulli §. c. 1. cit.* cum de di-
 vortio, & dotis vel propter nuptias do-
 nationis amissione agitur, *c. De prudentia
 3. de Donat. inter Vir. & Uxor.* cum ad ex-
 hibendum Actio & Rei vindicatio inten-
 tatur, *l. In hac actione 3. §. 3. ff. ad Ex-
 hibend.*

Aliquando ratione incidentis in iudicium
 quæstionis Præjudicialis, ut, cum
 in petitionem hæreditatis, principaliter
 in iudicium deductam, incidit quæstio
 status, vg. an, qui illam petit, filius, an ex
 matrimonio vel concubinato procreatus
 sit, *l. Quoties 3. C. de Judicis,* de qua *Tit.
 10. n. 3.*

Aliquando ratione Reconventionis,
 de qua *Tit. 4. d. n. 2.* explicatius agetur.

Aliquando demum ratione genera-
 lis Actionis, quò modò connectuntur cau-
 sæ & res diversæ, quæ sub una eadémque
 tutelæ, vel negotiorum gestorum actione,
 aut hæreditatis petitione continentur;
 ideòque super negotio in aliquo loco ge-
 sto conventus ibidem respondere tenetur
 super

super negotio, quod alibi gessit: & iudex per hereditatis petitionem aditus in loco, ubi major pars bonorum sita est, etiam de alibi existentibus & ad hereditatem pertinentibus cognoscit, *l. Nulli cit.*

Dixi initio, *Regulariter*; quia, licet, qui de huiusmodi causarum connexarum una cognovit, cognoscere etiam debeat de altera, quando utraque temporalis & reus conventus laicus est: nihilominus, quando earum altera, vg. in principalem incidens spiritualis & Ecclesiastica est, eandem ad iudicem Ecclesiasticum remittendam, constat ex *c. Tuam 3. de Ord. cognit.* ubi huius rei plenior explicatio à n. 14. tradetur.

136. Dubium hoc loco est, an clericus & laicus simul rei debendi coram eodem, & coram quo iudice sint conveniendi. Et quidem, si causa dividua sit, utrumque coram suo, clericum coram Ecclesiastico, laicum coram Seculari iudice conveniendum, res est omnino explorata juxta illud Capycii *Decis. 173. Quando causa dividua est, retinemus laicos & remittimus clericos aliisque privilegiatos.*

137. Quando autem causa individua est, satis concordibus DD. calculis receptum est, coram eodem & Ecclesiastico solum iudice utrumque conveniendum. Ratio est; quia causæ continentia non est dividenda *c. 1. §. l. Nulli cit.* & quia clericus ad Seculare forum trahi non potest cum laico, iste ad Ecclesiasticum forum trahendus est, in eoque simul uterque conveniendus; cum conveniens sit, ut magis dignus ad se trahatur minus dignum, *c. Quod in dubiis 3. de Consecrat. Eccles. §. l. Quæ religiosis 43. ff. de Rei Vind.* ut adeo tali casu iudex, qui per se competens non est, competens fiat ratione personæ adjunctæ: & propter communionem ac societatem individua cum privilegiato istius jure non privilegiatus fruatur potius, quam

suo ille privetur, *arg. l. Si communem 10. ff. Quæ ad. servit. amit. §. l. Si is qui 29. ff. de Liberat. leg. Riminald. Sen. Vol. 2. Consil. 399. n. 9. Surdus de Aliment. Tit. 9. q. 14. n. 3. & Martha de Jurisdic. p. 4. casu 118. n. 1.*

138. Simili modo si in aliis causis indivi-
duis & separationem quoad cognitionem
judicalem non admittentibus reorum un-
us clericus, alter laicus sit, de Jure adver-
sus utrumque Ecclesiasticus iudex ad eun-
dus est: sicut vg. in iudiciis communi-
bus Familiæ herciscundæ, Communi di-
vidundo & Regundorum finium: uti &
contra plures tutores vel curatores eius-
dem tutelæ vel curæ, contra executores
testamenti, negotiorum gestores &c. ne
vel causarum dividatur continentia: vel
reorum alteri competens privilegium au-
feratur, Maranta de Ord. judic. p. 3. dist.
11. n. 21. Stephan. Gratian. *Discept. Fo-
renf. cap. 641. n. 19. Sperell. Decis. 19. an.
22. & Barbosa Lib. 1. Jur. Eccles. cap. 39.
§. 2. n. 95. ad finem.*

ARTICULUS IX.

De Foro Competente ratione Præventionis.

SUMMARIUM.

139. Hujus ratione forum quis sortitur
in causis Fori Mixti:
140. Cujusmodi varia referuntur.
141. In iis ab Ecclesiastico punitus sape
etiam punitur:
142. Absolutus raro condemnatur à ju-
dice Seculari.
143. Eiusdem ratione forum sortitur
ante fori mutationem præventus
per citationem,
144. A iudice legitime factam,
145. Et

145. Et reo intimatam;
 146. Idque non obstante mutatione status & privilegio;
 147. Nisi ipso preventionis expressè derogatum sit.
 148. Citationem intimatam actor neque variare;
 149. Nisi reus citationem contempserit.
 150. Preventionis iudex jurisdictionem suam defendere saltem in Criminalibus potest.
 151. Citatio delinquentis preventionem inducit respectu socij criminis,
 152. Nisi ipse sit clericus;
 153. A quo socium laicum ad forum Ecclesiasticum trahi, aliqui asserunt;
 154. Melius alij negant.
 155. Iudicium, captum contra laicum, contra eum clericum factum continuatur;
 156. Quin tamen pena corporali puniatur à iudice Seculari,
 157. In huius fraudem clericatum assumentis eadem ratio est.
 158. Contra clericum, heredem laici, non inchoatur;
 159. Continuatur tamen iudicium Seculare;
 160. In quo emptorem suum laicum clericus defendere tenetur.

139. **N**ondè reus Forum sortitur ratione Preventionis, quæ duabus ex causis inducitur. Et Aliquando quidem; quòd causa, super qua reus in iudicio convenitur, sit Mixti sive Ecclesiastici & Secularis Fori, aut aliàs respectu eius sint duo iudices competentes, v.g. unus ratione Domicilii, alter ratione Contractus, Rei sitæ, Delicti &c. Cuiusmodi causæ ratione quando reus citatus est ab uno, neque actor variare, & alterum iudicem

adire: neque iste se ingerere potest, arg. l. Si quis 7. ff. de iudic. cum ob favorem ipsius rei; ne super eadem causa apud plures iudices vexetur: tum verò; ut iudicium ubi captum est, ibi & finè accipiat, l. Ubi 30. ff. ib.

Mixti autem fori causæ sunt de Matrimonio, decimis, iure patronatùs & similibus spiritualibus, aut his annexis rebus vel iuribus motæ quæstiones meri Facti: &c, quibus de eiusmodi rerum possessione retinenda vel recuperanda contra reum laicum agitur, & iuris sive proprietatis quæstio non admiscetur, ut ad Tit. 10. & Tit. 12. ostendemus. Causæ iuramenti, cum agitur ad eius observantiam, vel periurii punitionem: usurarum, etiam cum de contractu, an iniquitatem aliquam contineat, quæstio est, ut Lib. 5. Tit. 19. à n. 113. ostendetur. Causa adulterii, nisi de eo agatur ad dissolutionem vel divortium, sive separationem coniugum quoad thorum & cohabitationem; hòc enim calu de eo cognoscere solius Ecclesiastici iudicis esse, rectè notant Clarus §. fin. q. 33. n. 3. & Farinac. Prax. Criminal. q. 8. n. 30. Causæ criminum polygamie, sodomie, incestus, concubinatùs, Haunold, Tom. 5. de J. & J. Tract. 1. à n. 338. & tom 6. tract. 1. à n. 131. blasphemie & fortilegii: quæ tamen crimina, si saperent hæresin, perinde ut ista, ad solius Ecclesiastici iudicis cognitionem pertinerent, juxta c. Ut inquisitionis 18. v. Prohibemus de Hæresicis in 6. Haunold. Tract. cit. n. 336. & n. 128. Causæ sacrilegii, falsationis literarum Apostolicarum, Assassinatùs, Haunold. cit. Tom. 6. & Tract. 1. à n. 130. Quorum criminum rei fideles laici (non etiam clerici) non à Seculari duntaxat, ut hodie plerumque solet, sed ab Ecclesiastico etiam Magistratu puniri possunt; quòd non solum Politico bono Reipublicæ: sed supernaturali etiam fini, Fidei & Religioni, cuius Ecclesia cu-

fia curam gerit, specialiter adferentur, & ferè cum Ecclesiæ damno ac præiudicio sint coniuncta, Laiman *Lib. 4. trañ. 9. cap. 2. à n. 4.* Unde

341.

Dubium & controversia oritur, an ob Mixti fori delictum ab Ecclesiastico iudice punitus, puniri etiam valeat à iudice Seculari. Ratio dubitandi de Negativa est; quòd eiusmodi criminis reus utramque Secularem & Ecclesiasticam Rempublicam offendat; ac proinde, ut utriusque læsio reparetur, ab utraque, tam Seculari quàm Ecclesiastica, potestate coercendus sit. De Affirmativa autè; quòd de eiusdem hominis delicto sæpius non sit quaerendum, *l. Prator 7. §. 1. ff. de Injuriis.*

Propter has rationes in dubitationis resolutione non consentiunt DD. quorum tamen, seu verè seu in speciem tantum, pugnantibus Opiniones in concordiam reduci possunt beneficio distinctionis; quantumvis enim, cum reus laicus à iudice Ecclesiastico poenà, secundum canones & leges Ordinarià, aut hanc deficientem, extraordinarià delicto proportionatà, aut ex huiusmodi pluribus mitiori punitus fuit, eum ad poenam denuo trahi in foro Seculari non posse, tribuendum sit rationi posteriori, & non permittat Æquitas: quæ non patitur, ut condignè punitus amplius puniatur: casu tamen, quòd ei solummodo Medicinalis, aut alia sacris canonibus, & non etiam legibus Civilibus definita poena inflicta fuit, ut in atrocioribus aut sanguinis poenæ secundum leges obnoxiiis delictis solet, ordinarià his definita in eum animadverti à curia Seculari posse, colligitur ex *c. Felicis 5. de Poenis in 6. cujus V. Per hoc quoque, Bonifacius VIII. per poenas à se statutas in eos, qui offendunt Cardinales, non adimit iudicibus Secularibus facultatem, eis imponendi poenas Legales. Ita cum Panormit, in c. De his 6. de Accusat.*

n. 1. Gomez Tom. 3. Var. cap. 1. n. 4. & aliis relatis Oliva de Foro Eccles. p. 2. q. 28. n. 12.

Pari modò in laicum, Mixti fori criminis reum, à Seculari jam punitum, procedere, & Spiritualem ac Medicinalem poenam ei infligere, iudex Ecclesiasticus non prohibetur. *Medicinalem*, inquam; cum enim ferè graviores poenæ in Seculari quàm Ecclesiastico foro soleant imponi, iteratè puniti & alteri poenæ vindictivæ in hoc raro locus erit, ut probè advertit laudatus Oliva *n. 30. in fine.*

Sed quid, si criminis accusatus, in foro Ecclesiastico fuisse absolutus? Eum in Seculari condemnari posse, cum Felino *in c. De his cit. n. 13.* asserit Clarus *§. fin. q. 57. n. 11. & cit. Gomez n. 40. in fine;* quòd, cum Ecclesiastica & Secularis potestas sint diversæ, sententia absolutoria ab una lata apud alteram non pariat rei iudicatæ exceptionem. Verùm; quia, licet potestates sint diversæ, se invicem tamen debent iuvare, etiam à iudice Ecclesiastico casu, quòd, ut in Mixti fori crimine, competens est, validè lata sententia, etiam in Seculari foro observanda est, *c. fin. de Except. in 6.* etiam in Criminalibus, ut contra *cit. Felinum ex communi DD.* sensu advertit *cit. Oliva n. 14.* Unde in foro Ecclesiæ externo, à Mixti fori crimine legitime absolutus accusari & condemnari regulariter non potest in Seculari, saltem quoties crimen sanguinis poenæ obnoxium non fuit, & à iudice Ecclesiastico pro merito & condignè potuit puniri. *Regulariter*, inquam, propter varios casus, quibus iteratè accusationi & condemnationi locus esse *Lib. 5. Tit. 1. à n. 49.* statuatur.

Aliquando verò Præventio inducitur; quòd reus à iudice competente, priusquam domicilium mutaret, aut aliam ob causam illius iurisdictioni desineret esse subiectus, per citationem iam fuerit præoccupatus;

occupatus; vi enim huiusmodi citationis coram eodem iudice litem prosequi & respondere tenetur etiam, postquam alterius iurisdictioni subiectus esse cepit, per expressum textum *c. Proposuiti 19.* qui desumptus est ex *l. Si quis 7 ff. de iudicio.* Ratio est; quia, ut *l. Ubi acceptum 30. ff. eadem Rubr.* dicitur, *Ubi acceptum, sive inchoatum est semel iudicium, ibi & finem accipere debet.* Acceptum autem sive inchoatum & radicatum iudicium saltem latius acceptum cenletur per citationem, quæ ipsius est principium ac fundamentum, §. *Omnia 2. Instit. de Pena temerè litig.* Panormit. in *c. cit. n. 9.*

144. Porro; ut citatione præventio inducatur, necessarium imprimis est; ut in causa Civili facta sit ad instantiam sive petitionem partis, *c. Proposuiti cit. ibi, Ad petitionem cuiusdam adversarij sui, Glossa in c. cit. v. Citatur, ubi Panormit. n. 3.* Bartol. in *l. Dies 4. §. Hoc autem 8. ff. de Damno infect.* & Oliva de Foro Eccles. p. 3 q. 33. n. 5. Secus est in causis Criminalibus; in his enim iudex ad promotoris fiscalis instantiam vel ex officio suo procedit, Martha de Jurisdic. p. 2. cap. 3. n. 6. & cit. Oliva n. 6. Deinde; ut citatio facta sit à iudice ratione domicilii contractus, rei, delicti &c. competente vel ex eius commissione, *c. cit. ibi, A te legitime citatus;* quia ei, qui iudex aut competens non est, citanti impunè non paretur, *l. fin. ff. de Jurisdic. & c. fin. de Constitut. in 6.* Demum; ut ea valida sit, *c. cit. ibi, Legitimè citatus,* Panormit. in *c. cit. n. 6.* & Ant. de Butr. n. 24. cum enim, quod nullum est, nullum producat effectum, *c. Illud 8. de Jure patronat. & l. Si se non obtulit 4. §. 8. ff. de Re judic.* citatio ex quocunque defectu invalida præventionem inducendi vi destituetur, *c. cit. Martha n. 7. & Oliva n. 10.* nisi ex illa rei citati comparitio & in iudicio perse-

verantia secuta esset, Bartol. in *l. 1. ff. de Feriis & cit. Martha n. 9.* Ubi

Dubium est primò, an præventionem inducat sola citationis commissio, vel necessaria sit eius executio sive; ut citatio intimata sit parti. Solam commissionem sufficere, suadetur paritate præventionis cum perpetuatione iurisdictionis, quam ipsa citationis commissione induci, Glossa in *Clement. 2. Ut lite pend. v. Ad pariem Parnormit. in c. Gratum 20. de Offic. deleg. n. 3.* Felinus n. 5. Barbola n. 5. & alii frequentiori calculò tradunt; quòd citatione commissâ res iam deserit esse integra, & iurisdictionis usus respectu causæ & rei conventià iudice iam sit inchoatus. Quà ratione & paritate ducti Panormit. *cit. n. 3.* Felin. *cit. n. 5.* & alii relatis Gabriel Tit. de Citatione concl. 2. solâ citationis commissione iurisdictionis præventionem induci, volunt.

Sed melius id negant alii, ad hanc exigentes; ut citatio mandata executioni & parti intimata sit, ut cum Baldo in *c. Gratum cit. Ant. de Butr. in c. Proposuiti cit. n. 6.* Marian. Socino *ibid. n. 16.* Paulo de Castro in *l. Si quis cit. n. 2.* docent Decian. *Tract. Criminal. Lib. 4. cap. 21. n. 7.* Petr. Barbola in *l. Si quis cit. n. 42.* & cit. Martha n. 14. Ratio est; quia citatus quis propriè non dicitur, ante citationis à iudice commissæ per nuntium ipsi factam intimationem: & licet iudex uti cæperit iurisdictione, ista tamen personam non afficit, antequam intimeretur reo & huic, se ad comparandum in iure respondendum vocari, innotescat. Quare præventionis paritas non est cum iurisdictionis perpetuatione; cum ista solum exigat iurisdictionis per delegationem commissæ usum, *c. Licet 30. de Offic. deleg. uti autem iurisdictione delegatus iam incipiat, citationem mandandò;* tale enim mandatum sententia quædam interlocutoria esse

ria esse censetur, Glossa communiter recepta in *l. Cum clericis 25. V. Sententiam, C. de Episc. & cleric.* quæ sine usu iurisdictionis fieri nequit: præventio contrâ respectu partis exposcit actum, qui exercetur & afficit personam eius, qui tanquam subditus ad comparandum in ius vocatur: quod fit per citationis intimationem, *citt. Barbosa à n. 17. & Martha n. 14.*

146. Dubium secundò est, an præventionis effectum sive; ut quis respondere teneatur coram iudice, à quo per citationem præventus est, non impediat superveniens mutatio statûs vel privilegium, vi cuius is, qui citatur, non nisi coram certo iudice respondere teneatur. Effectum enim illum statûs mutatione & privilegio, non solum ad instantiam partis, sed motu etiam proprio concessò, non impediri, cum Panormit. in *c. Causam 19. de Test. & attest. n. 3.* Ant. de Butr. *ibid. n. 5.* Felino *n. 5.* Fulgolo in *l. Si quis cit. n. 6.* verius defendunt Gabriel Tit. *de Clausul. concl. 7. n. 10. citt. Barbosa n. 117. & à n. 142.* & Oliva *n. 34.* in eam rem allegantes *l. Cum quadam 19. ff. de Jurisdic. & l. Si quis cit.* definitiones, quibus post citationem, priori quidem puella nubens, posteriori vir militiæ adscriptus; ac proinde illa postquam maritale, iste postquam militare & privilegiatum forum fortiri ceperunt, coram iudice, à quo per citationem præventi fuerunt, litigare usque ad sententiam definitivam, statûs forique, mutatione & militari privilegio non obstantibus, tenentur. Ratio est; quod privilegium à parte impetratum, imò & motu proprio concessum, lite pendente & parte per citationem jam præventâ, litis pendentiæ ac præventioni non noceat; nisi ejus expressam faciat mentionem; cum Princeps privilegium etiam proprio motu concedens, si non exprimat, tertio in jure suo præjudicare vo-

luisse, non præsumatur, *arg. l. Supplicacione 2. C. Ut lite pend. c. Super eo 15. junctâ Glossâ, V. Intentionis, de Offic. deleg. & l. Prator ait 2. §. 16. ff. Ne quid in loco publ. cit. Gabriel Lib. 2. Tit. de Judic. concl. 4. n. 20.*

Resolutionem hanc difficilem reddit *l. Qui autem 12. ff. Si quis cautioni, cujus pr. Paulus ait, Qui autem novò privilegio utitur, non videtur in eadem causa sibi: ex quibus JCT. i verbis constat, præventioni imò & litis pendentiæ superveniens privilegium prodesse reo; ut iudicium declinare queat. Sed hoc JCT. i responsum cum *citt. Fulgolo n. 1.* Barbosa *n. 132.* & Gonzalez in *c. Proposuisse cit. n. 9.* exaudiendum est de privilegio specialiter concessò, etiam quoad causam jam captam ac pendentem, expressâ clausulâ *Non obstante;* tunc enim id reo citatione prævento, imò & lite jam contestatâ, prodest: non etiam, si id etiam motu proprio simpliciter concessum sit; nam sic concessum ad causas solum futuras pertineret, Glossa *fin. in l. Qui autem cit. Aretin. in c. Causam cit. n. 9.* & Ant. Matth. *de Prorog. jurisdic. n. 17.**

147. Quare à propositâ dubitationis resolutione excipiendus est casus, quò, privilegio à Principe concessò, litis pendentiæ ac præventioni expressè est derogatum; cum enim Princeps causam ab inferiore iudice avocare queat, *l. Judicium 58. ff. de Judic. i.* præventioni ac litis pendentiæ præjudicare utique valebit, Bruneman. in *l. Qui autem cit. n. 2.* Alia, quibus resolutio hæc impeditur, diluta dabunt *citt. Barbosa à n. 124. & Gonzalez à n. 5.*

148. Dubium tertio est, an post citationem reo intimatam actor variare, & illum coram alio iudice competente convenire valeat. Quâ in re multum inter-

est, an

est, an reus citatus comparuerit, vel contumaciter se absentavit; cum, si comparuit, locus sit Regula *l. ubi acceptum 30. ff. de Judiciis*; atque idcirco ad iudicium vocatus ab alio huic opponere exceptionem preventionis: & si iste, eâ exceptione insuper habitâ, in causa procedat, appellare valeat & ante litem contestationem debeat; ne acquiescendô consentire videatur; cum preventionis exceptio, tanquam dilatoria, ante litem ingressum opponenda sit, ut cum Felino *n. c. Cum M. de Constitut. n. 25. & Jafone in l. Nulli cit. n. 6. monent cit. Gabriel Tit. de Judic. concl. 1. n. 34. & Barbosa n. 279.* Quodsi ab alio iudice citatus, preventionis exceptione non oppositâ, in iure compareat & coram illo respondeat, processum contra eum fabricatum tenere, sustinent Panormit. *in c. Cum M. cit. n. 35. Ant. de Butr. ibid. n. 95. Baldus in l. Nulli cit. n. 3. Gabriel cit. Concl. n. 18. & Oliva n. 49.* Si vero reus à primo iudice citatus contumaciter se absentavit, coram alio iudice competente conveniri & ad respondendum compelli ab actore, neque ad iudicem, cuius citationem contempsit, remissionem petere potest, Panormit. *in c. Proposuisse cit. n. 12. ubi Mar. Socin. n. 31. Gabriel cit. concl. 1. n. 21. & Barbosa à n. 182. nisi purgare voluerit contumaciam, damnâque & expensas solvere, atque insuper cautionem de in iure sisti præstare, cit. Barbosa n. 139. & Oliva à n. 47.*

150. Dubium quartò est, an casu, quò post citationem reo intimatam ab actore secundus iudex aditur, primus jurisdictionem suam defendere possit. Possè, ne in causa procedat, secundo iudici inhibendò, cum Felino *in c. Ex tenore 16. de Rescript. n. 18. fall. 4. Bartol. in l. Sepulchri 6. ff. de Sepulch. viol. n. 3. & aliis volunt cit. Martha p. 2. cap. 2. n. 16. &*

Oliva n. 53. Regula instar statuentes, ab unoquoque iudice jurisdictionem suam adversus inferiorem, imò & æqualem, defendi posse, l. Unic. pr. ff. Si quis jus dicit, non obtemp. Quod si partes litem coram eo persequi nolint, an cogi ad id valeant, *cit. Oliva interesse ait, an civiliter vel criminaliter agatur; cum, si agatur civiliter & ad privatum interesse, partes cogi non posse videantur ex eo; quòd, cum ita agitur, officium suum impertiri iudex regulariter non debeat, nisi imploreter, l. Dies 4. §. 8. ff. de Damno infecti. ubi Bruneman. n. 14.* Si vero agatur criminaliter & ex officio suo nobili iudex procedat, partibus invitis à secundo iudice peti remissio: & si ista denegetur, propositò retinendâ interdictò adversus eum, ut à jurisdictionis perturbatione desistat, agi potest, ex menre DD. *cit.*

Dubium quintò est, an, quando e. 151. jusdem delicti plures sunt correi, citatio unius preventionem inducat etiam respectu aliorum: in quo, licet Negativam in Romanis tribunalibus receptam testetur Fatinacius *Prax. Criminal. q. 7. n. 62.* Affirmativam tamen, quando iudex respectu omnium, ut Secularis respectu pluriù delinquentium laicorum, simpliciter competens est, cum Deciano *Tract. Criminal. Lib. 4. cap. 22. n. 4. Haunoldus Tom. 6. Tract. 1. n. 117. censet consentaneam Juri, continentiam causarum, de quibus idem iudex cognoscere potest, dividi non permittenti, l. Nulli cit. §. c. 1. de Causa poss. & propr.*

Ob eandem rationem: & quòd accessorium sequatur principale, *Reg. 42. in 6.* citatione delinquentis laici etiam respectu clericici criminis socii, preventionem induci, aliqui voluerunt. Sed male; quia textus, clericum à foro Seculari eximentes loquuntur generaliter, inter causas,

L 3

causas,

causas, quibus clericus solus, vel cum socio, cum clerico vel laico delinquit, non distinguunt; ut proinde locus sit, *arg. l. Impetio §. ff. de Publ. in rem act. can. 1. dist. 19. & can. Consulisti 2. q. 5. ubi Stephanus V. Quod, inquit, Sanctorum Patrum documentum sancitum non est, superstitiosa adinventio non est presumendum.* Quare, sicut alias non raro, sic etiam in proposito casu Regula cit. officio suo non fungitur, cum; quia persona accessoria principalem non sequitur, quando ea sunt ordinis diversi: & quæ accedit, specialiter est privilegiata: ut ad Reg. cit. n. 10. statuetur: tum verò; quia si allegata Regula etiam in huiusmodi personis procederet, clericus cum laico delinquens, ferè semper subijceretur foro Seculari, hoc ipsò; quòd, criminis causa principalis laicus potius, quàm clericus esse, præsumatur. Unde

173. Sextum & difficilius dubium nascitur, an laicus criminis v.g. homicidii à clerico perpetrati socius curiæ Ecclesiasticæ subijciatur. Eum huic subijci, cum Felino *inc. 1. de Prescript. n. 6.* Menoch. *Lib. 1. de Arbit. casu 371. n. 13.* Deciano *Traët. Criminal. Lib. 4. cap. 9. n. 44.* Maranta *de Ord. judic. p. 4. dist. 11. n. 22. & cit. Martha p. 4. casu 119. n. 1. & §. volunt Diana p. 4. traët. 1. resol. 7.* Sperellus *Decif. 19. n. 10.* & Ranbeck *Panoplia Immunit. Dist. 2. cap. 6. n. 2.* Rationem hi DD. reddunt; quòd clerici & laici, ejusdem criminis Sociorum, causæ sint connexæ, imò una eadèmq; causa, utriusque crimen unum & individuum sit; causarum autem connexarum continentia non sit dividenda, *c. 1. de Causa poss. & propriet. §. l. Nulli 10. C. de Judiciis;* & hoc ipsò; quòd causa omnino individua sit, reus privilegiatus & magis dignus non privilegiatum & minus dignum ad se trahat, *c. Per tuas 9. de Arbit.*

§. c. Quod in dubiis 3. de Consecrat. Eccles. Confirmatur; quia iudex laicus exactam criminis, istiusque circumstantiarum, poenam aggravantium, cognitionem habere nequit, nisi etiam in factum clerici inquirat; atque idcirco consentaneum rationi & ad rectam causæ dijudicationem necessarium est; ut causæ totius cognitio iudici Ecclesiastico relinquatur, cum; quòd ita causæ legitima pertractatio expeditior sit: tum verò; ut magis consulatur honori ac reverentiæ ordinis clericalis: cujus exultatio occultorum criminum evulgatione à iudicibus Secularibus non raro adducitur in discrimen.

Sed verius, ejusmodi laicum homicidii aut alterius criminis, quòd Ecclesiastici aut Mixti fori non est, socium à iudice tantum Seculari plectendum, cum Cravetta *Lib. 2. Consil. 232.* Vincent. de Franch. *Decif. 426. n. 4.* & Claro *§. fin. q. 36. n. 46.* defendunt Covarruvias *Prætic. cap. 34. n. 1.* Gomez *Lib. 3. Var. cap. 10. n. 6.* Guttierrez *Lib. 1. Prætic. q. 6.* Fachineus *Controvers. Lib. 9. cap. 31.* Farinac. *Prax Criminal. q. 8. n. 151.* id praxi magis receptum, Haunold. *Tom. 5. de J. & J. traët. 1. n. 29.* id in Bavaria nostra observatum, asserentes & alii apud Barbofam *Jur. Eccles. Lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 94.* Ratio est partim; quòd delinquentis loci privilegiò socius regulariter non gaudet, *arg. l. Si quis uxori 52. §. 2. pr. ff. de Furtis,* ubi, qui cum uxore istius mariti res furripit, furti; non, ut uxor, rerum amotarum actione convenitur: partim verò; quòd ejusmodi homicidium, licet physicè & spectatà præcisè personà occisi unicum sit, moraliter tamen sit multiplex pro numero personarum delinquentium & ad id concurrentium, *l. Item Mela 11. §. 2. ff. ad L. Aquil. cum,* quot illi, tot commissa sint delicta.

Quare corrui ratio præcipua partis advertæ;

adversa; cui etiam non admodum favet
connexio delictorum; quia ista non im-
pedit, quò minus delinquentes, quando
sunt Ordinis diversi, eorumque unus quo-
ad forum speciali Juris privilegiò muni-
tus est, à diversis & quisque à suo iudice
iudicentur & pro delicti qualitate puni-
antur.

Neque urget confirmatio, cum;
quia, si quando delicti laicalis sufficiens
probatio sine cognitione delicti clerica-
lis haberi non potest, laicus ad forum Ec-
clesiasticum remitti potest à iudice Secu-
lari, vel ab illo peti communicatio acto-
rum, probationes contra laicum receptas
corroborantium: tum verò; quia cleri-
cum laici socium plerumque notitia de-
licti publica in clericali ordinis oppro-
brium infamat: & si id publicè notum
non sit, iudex ad id non evulgandum in
conscientia graviter obligatur.

Majorem vim habet declaratio S.
Congreg. Card. 10. Decemb. 1591. Tu-
sculanæ civitatis Commissario rescriben-
tis; ut tam clericos, quàm laicos inqui-
sitos de violentia illata cuidam mulieri
remittat ad iudicem Ecclesiasticum; quia,
an illa ob speciales facti circumstantias
in casu proposito: vel, cum delicti suffi-
ciens probatio aliter haberi non potest:
vel per modum generalis declarationis ac
mandati in omnibus casibus observandi
rescripserit, non exprimunt, qui declara-
tionem illam allegant.

155. Dubium septimò est, an iudicium
contra laicum, in foro Seculari per cita-
tionem aut litis contestationem captum,
contra eundem clericum factum aut Re-
ligionem ingressum, possit continuari.
Pote in causis Civilibus, communis sensus
est DD. id defumentium à paritate clerici,
qui laici defuncti est hæres: & ut mox
ostendemus, contra hunc ceptam litem,
coram quo illi mota est, iudice prosequi

teneretur. In causis autem Criminalibus
placet distinctio Bartoli in l. 1. ff. de Pa-
nis n. 3. quam Petr. Barbosa in l. Si quis
7. ff. de iudiciis n. 203. Oliva de Foro
Eccles. p. 3. q. 33. n. 27. & 28. ample-
ctuntur; etsi enim reum coram laico, à
quo ante Clericatum vel Religionis in-
gressum per citationem præventus est,
respondere teneri: & confiscationis bo-
norum vel pecuniariâ pœnâ plecti posse,
concedant permoti textibus c. Proposuisse
& l. Si quis cit. ubi reus, à iudice præven-
tus, coram isto respondere debet, domi-
ciliis aut etiam statûs postea factâ muta-
tione non obstante; quòd iudicium, ubi
semel captum est, ibi etiam debeat finire,
l. Ubi acceptum 30. ff. de iudiciis: etsi, in
quam, istud concedant, ad pœnam tamen
afflictivam corporis, ut sunt exilium, car-
cer, fustigatio, mors, eum condemnari
posse, meritò negant; quòd, cum hujus-
modi pœna à laico infligenda clerico est,
Iste prius degradatus tradi debeat curiæ
Seculari: quod consentaneum Juri, can.
Si quis laicus 221 q. 5. c. Cum non ab ho-
mine 18. de iudic. & Novimus 27. de V.
S. receptum praxi, & multoties à se visum,
testis est Decianus apud cit. Haunold.
n. 57.

Atque hæc inter pœnas distinctio, 157.
secundum cit. Clarum n. 43. & 44. Co-
varruviam cap. 32. n. 4. & Olivam n. 36.
in laico delinquente locum etiam habet
casu, quò citatione nondum præventus
Clericatum assumpsit in fraudem, sive
præcisè animò declinandi jurisdictionem
Secularem. In fraudem autem id fecisse
præsumitur, si primam Tonsuram vel Or-
dines etiam minores assumat, postquam
se de delicto diffamatum, vel in curia
Seculari accusatum, aut ab hac contra
suam personam inquiri, aut Justitiæ mi-
nistros expeditos, intellexit, arg. l. fin.
pr. ff. de Bonis eorum, qui ante sent. mort.
Panormit,

Panormit. in c. 1. de Obligat. ad Ratiocin. n. 5. Sozinus in c. Proposisti cit. n. 53. & Farinac. cit. q. 8. n. 111. non etiam, si recipiat Ordines majores; cum enim istorum receptione Ecclesiastico statui perpetuo mancipetur, illos alio, quam præcisè Seculare forum declinandi animò recepisse præsumitur, arg. c. fin. de Præsumption. § 1. Merito § 1. ff. Profocio.

Neque obstat Constitutio Sixti V. quæ incipit ad Romanum edita 6. Calend. Decemb. 1580. quæ Secularibus Magistratibus conceditur plena potestas procedendi contra eos, qui post accusationem vel inquisitionem jam institutam professi sunt Religionem; & ipsa eorum professio irritatur; quia ejus Constitutio per aliam à Clemente VIII. editam, quæ incipit In Suprema, ad Juris communis terminos est revocata, ut notat Pasqualigus ad Lauret. de Eranch. p. 2. q. 46. n. 8.

158. Dubium & controversia octavo est, an judicium à Seculari iudice captum contra defunctum laicum, continuari possit contra clericum ejus hæredem. Non posse contra hunc de Jure inchoari, cum Panormit. in c. Quia 11. de Judiciis n. 11. & aliis docent Zoësius ad hanc Rubr. n. 27. & Oliva p. 3. q. 24. n. 14. quia clericus de Jure non solum quoad personam, sed quoad res quoque, specialiter non exceptas, privilegio fori Ecclesiastici gaudet.

159. Idem de casu, quò judicium cum defuncto jam captum est; ac proinde post litem jam contestatam judicium contra clericum de novo inchoandum coram Ecclesiastico, cum cit. Panormit. n. 12. Maranta de Ord. judic. p. 5. n. 13. & Martha de Jurisdic. p. 4. casu 33. n. 9. desumunt ex l. Hæres 19. ff. de Judiciis, cujus pr. Hæres ibi, ubi defunctus, conveniendus dicitur, si ibi inveniatur, nullò-

que suo proprio privilegio excusetur. Unde à contrariò ductò argumentò inferunt, clericum, utpote proprio privilegio munitum & excusatum, ibi non conveniendum. Sed, judicium post litem cum defuncto contestatam contra talem etiam hæredem continuari, probabilius cum Felino in c. Quia cit. n. 3. defendunt Covarruvias Practic. cap. 8. n. 3. Gaill. Lib. 1. Observat. 37. n. 9. Barbola in l. Hæres cit. n. 137. Zoësius l. cit. n. 26. & Haunold. Tom. 5. & Tract. 1. n. 237. Rationem non eandem omnes reddunt. Cæteris efficacior est; quòd cum defuncto litem ingressi causa deterior fieri non debeat propter privilegium Clerici hæredis, l. Si is, qui Roma 34. ff. de Judiciis. Accedit; quòd, si hæres, ubi defunctus caput, actori respondeat, lites evadant breviores: quòd rectæ rationi, Juris Regulis, c. Finem 5. de Dolo § 1. Properandum 13. pr. C. de Judiciis, & per has intento bono regimini & tranquillitati publicæ est conforme: propter quam causam, ab hac sententia, in judicando & consulendo, non recedendum monet, laudatus Oliva n. 24.

Ex textu in contrarium allegato plus non inferitur, quam clericum Exemptio- nis privilegio omnino excusari, quoad causas nondum captas cum defuncto, quando ut hæres non consideratur, Haunold l. cit. in fine.

Dubium controversumque nonò est, an clericus aut Ecclesia in causa evictio- nis rei, laico venditæ, hunc defendere te- neatur coram iudice Seculari. Negat id Glossa in can. Clericus nullus 11. q. 1. quam sequuntur Baldus in Auth. Nunc si hæres C. de Litigios. n. 3. Sperell. Decis. 24. n. 4. & nonnulli alii existimantes, tali casu actorem Laicum à Clerico trahi ad forum Ecclesiasticum; idque propter privilegium Fori specialis, quò Clericus & Ecclesia

Ecclesia non minus gaudet, quam Fiscus: qui, si ad emptorem suum defendendum compareat, causam trahit ad proprium suum iudicem, hoc est, Procuratorem Fisci, *l. Si minori 3. C. de Jure Fisci.*

Sed verius, clericum & Ecclesiam laudatam laicum emptorem suum defendere, si velint, coram istius, sive Seculari iudice debere, cum Panormit. *in c. fin. de Empt. & Vendit. n. 8.* Boërio *decis. 69. n. 27.* & Covarruvia *cit. n. 3.* defendunt Gomez Tom. 2. *Var. cap. 2. n. 39.* Fachineus *Controvers. Lib. 2. cap. 38.* & Petr. Barbosa *in l. Si venditor 49. ff. de Jure. d. n. 136.* Quam suam sententiam desumunt ex *l. cit.* ubi venditorem, ab emptore denunciatum, istius forum sequi, privilegio non obstante, disertè habetur. Ratio est; quia in iudicio evictionis sententia non fertur in venditorem, qui laudatur, sed in emptorem, *l. 1. C. Ubi in rem act. exerc. debet:* quò modò, cum persona clericalis non inhonoretur, æquum omnino est propter eam, ad defensionem rei emptoris accedentem, conditionem actoris non reddi deteriorem. Aliud esset, si Clericus principaliter conveniretur, tali enim casu utique causam ad forum Ecclesiasticum traheret, *can. Nullus cit. c. Si diligenti 12. h. c. & c.*

Neque obstat instantia allata ex Fisco; quia huic id Juris competere, Baldus *in l. Si minori cit.* Covarruvias *cit. n. 3.* & alii negant, quòd *l. cit.* plus non asseratur, quam quòd fisci procurator res per fraudem minori pretio venditas suo domino restitui jubeat, ut notat *cit.* Haunold, *n. 243.*



ARTICULUS X.
De Foro Competente
Personarum Ecclesiasticarum.

SUMMARIUM.

161. Ecclesiasticum forum Clerici sortiuntur.
162. Uti & Religiosi, Eremita &c.
163. Nonnullis casibus Seculari Majoribus,
164. Et præsertim Minores Clerici subijciuntur.
165. Seculari foro non subijciuntur delinquentes in Clericatu.
166. Vel Religionis Novitiatu:
167. Neque etiam clerici, rei criminum lese Majestatis,
168. Assassini ante sententiam istius declaratoriam,
169. Aut falsi depositi in iudicio Seculari:
170. Neg, etiam si delinquant in officio Seculari,
171. Vel eorum animalia damnum aliud inferant.
172. In spiritalibus clerici fori Ecclesiasticum sortiuntur Jure Divino.
173. De temporalibus causis idem asserentium,
174. Et negantium DD. Opiniones
175. Conciliantur.
176. Ejus Fori privilegium Consuetudine minus,
177. Tolli auctoritate Humana,
178. Etque à Clericis renuntiari nequit.
179. Contra reum, donec laicum esse constet, non procedit Curia Secularis.
180. De Clericatu,
181. Etiam cum Facti questio movetur,
M 182. Judi-

- 182. *Judicialiter solus Ecclesiasticus:*
- 183. *Summarie etiam Secularis iudex cognoscit,*
- 184. *Et clericum aliquando detinet, donec consuet de Clericatu.*
- 185. *Eundem, etiam Ecclesia sistendum, capere nequit,*
- 186. *Tribus casibus exceptis.*

161. **D**Ecimò, ratione Privilegii Clerici & cæteræ personæ Ecclesiasticæ à Seculari eximuntur, & Ecclesiasticum duntaxat forum sortiuntur.

Neque id in Criminalibus duntaxat, *c. At si clerici 4. c. Clerici 8. c. Cum non ab homine 10. de Judiciis, c. Nullus 2. c. Si diligenti 12. hâc Rubr. & c. Unico de de Cleric. conjug. Sed in Civilibus etiam causis, per luculentos textus. Nullus post can. 2. can Nullus 5. can. Inolita 39. can. Placuit 40. & 11. q. 1. eisque consonantes Constitutiones Imperiales Auth. Hodie, Auth. Statuimus &c. de Episc. & Cleric. adeò; ut à Seculari iudice contra eos lata sententia cæteraque acta, & ipsa etiam confessio judicialis ipso Jure sint irrita & nulla, *c. At si clerici cit. pr.**

162. Neque solum Clerici: sed Monachi quoque, & omnes utriusque sexus Regulares, etiam laici Conversi *can. De persona 38. q. cit. & c. Clerici 3. de Immunit.* imò etiam Novitii cujuscunque ab Ecclesia approbatæ Religionis, Barbosa *de Offic. Episc. alleg. 12. n. 38.* & multò magis Religiosi Ordinum Militarium; Oblati, qui se suâque in totum Religioni tradiderunt: Fratres Tertiarii Ordinis S. Francisci in commune viveantes: Eremitæ, qui in ejusmodi approbatæ Religione tria vota ejus substantialia emiserunt, aut in congregatione aliqua in commune & juxta modum ab Episcopo approbatum vivunt,

aut saltem Episcopali autoritate ad Ecclesiæ vel Oratorii servitium deputati sunt, & habitum Eremiticum gestant: Rectores Hospitalium Episcopali autoritate erectorum, intra istorum domos degentes Fori Ecclesiastici privilegio gaudent, *cit. Barbosa à n. 37. Palao Tract. 13. disp. Unic. p. 2. n. 10. Fagnanus in c. Nullus cit. à n. 48. & alii.*

Excipiuntur tamen primò, & Fori privilegio non gaudent clerici, etiam in Majoribus constituti Imprimis, qui habitum & tonsuram clericalem nunquam deserunt, & ab Episcopo ter, vel in Synodo generali sub expressa poena amissionis privilegii Clericalis semel tantum, moniti eum deferre nolunt, seque incorrigibiles ostendunt, *c. In audientia 25. & c. Contingit 45. de Sent. Excom.* Deinde iidem, quando propter delictum vel incorrigibilitatem gradu suo dejecti & actu traditi sunt curiæ Seculari, *c. Cum non ab homine cit. Felipus in c. cit. à n. 9. & Suarez de Censur. disp. 22. f. 1 n. 9.* Tertio iidem clerici, etiam in sacris constituti, se immiscentes enormitatibus, sive enormia delicta committentes, si post trinam monitionem Episcopi non resipiscant, Clarus *§. fin. q. 36. à n. 19. Laiman Theolog. Moral. Lib. 4. tract. 9. cap. 7. n. 2. & 3. Frainac. Prax. Criminal. q. 8. à n. 74.* Et demum casibus, Clement. 1. & c. Unic. de Vita & honest. in 6. c. 1. de Homicid. in 6. & c. Degradatio 2. de Penit. in 6. de quibus ad has Rubricas,

Excipiuntur secundò, & ex Decreto S. Synodi Trident. *sess. 23. cap. 6. de Reformat. Fori privilegio non gaudent clerici primâ tonsurâ initiati aut etiam in minoribus Ordinibus constituti, nisi beneficium Ecclesiasticum (vel saltem pensionem) habeant: aut (si beneficium vel pensionem non habeant) clericalem habitum & tonsuram (simul: non alterum solum)*

folùm) deferentes alicui Ecclesia ex mandato Episcopi inserviant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua Schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versentur: eòdem decretò Fori privilegium restringi insinuatur in clericis conjugatis: de quibus & ceteris clericis minoribus, quando fori privilegium hodie amittant & recuperent *Lib. 3. Tit. 1. §. 3. discutimus.* Hòc locò

165. Dubium est primò, an clericus minor post delictum v.g. homicidium, furum vel adulterium commissum, habitu & tonsurâ clericali dimissis, ducens uxorem & statum Secularem amplexus ratione delicti, in clericali statu commissi, fortitur forum Seculare. Ratio dubitandi est, quòd, si laicus fiat clericus, privilegiò fori Ecclesiastici etiam ratione delictorum ante commissorum gaudeat: dummodo clericatum non assumpserit in fraudem curiæ Secularis, per tradenda *cit. Tit. 1. n. 56.* & paganus, post delictum commissum Seculari militiæ adscriptus, apud militarem magistratum sit accusandus, *l. Qui cum uno 4. §. 5. ff. de Remilitari.* Nihilominus, talem clericum, etiam post desertum clericatum, quoad delicta in isto commissâ Ecclesiasticum forum sortiri, & à solo hujusmodi iudice puniendum, communis est DD. sententia: quam tenent Clarus *§. fin. q. 36. n. 11.* Steph. Gratianus *Di. sepr. forens. cap. 226. n. 2.* Martha *de Jurisdic. p. 4. casu 121.* Sanchez *Opusc. Moral. Lib. 6. cap. 1. dub. 3. n. 1.* Farinac. *Prax. Criminal. q. 8. n. 66.* & aliis congestis Barbosa *Jur. Ecclesi. Lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 98.* & in praxi secuta est Curia Neapolitana, teste Vincent. de Franch. *Decis. 417.* Ratio est; quia in puniendis delictis status & tempus, quo delinquens delicti perpetrati; non id, quò

sententiam est passus, inspicitur *l. 1. ff. de Pœnis.* Alia ratio est, laici post delictum commissum bona fide assumptis clericatum; cum Ordinibus Ecclesiasticis & primâ etiam tonsurâ initiatus jam sit persona Ecclesiastica; & si clericalem habitum ac tonsuram deferat & mandato Episcopi alicui Ecclesiæ deserviat &c. juxta Trident. *Seß. 23. cap. 6. de Reformat.* omnia habeat, quæ requiruntur, ut, locus sit *§. 5. cit. §. 1. Hos accusare 12. ff. de Accusat. juxta cit. Tit. 1. n. 51.*

Simili modò Novitius, si gravi, etiam 166. capitali crimine commissò ad seculum revertatur, ratione illius in Religione commissi Ecclesiastici, non Seculare forum sortitur & ab Ecclesiastico iudice secundum Canonicas, non Legales sanctiones est puniendus; quòd in delictis non accusationis & condemnationis, sed illorum perpetratorum tempus inspicitur, *l. 1. cit. Laiman Lib. 4. tract. 5. cap. 7. n. 5.* Contrarium tamen sustinet Molina *tract. 3. de J. & J. disp. 44. n. 25.* & contra hujusmodi Novitium è Religione egressum vel ejectum a Seculari iudice eò saltem casu procedi posse, ait, quòd iste ab Ecclesiastico iudice non est præventus, & novitius ad seculum reversus initiatus non est sacris Ordinibus & in minoribus constitutus beneficiatus non est, vel non defert habitum & tonsuram &c. juxta decretum Synodale *Seß. 23. cap. 6. cit.*

Dubium secundò est, an fori Eccle- 167. stastici privilegio defendatur clericus reus criminis læsæ Majestatis, v.g. conspirationi ac rebellionis subditorum in suum Principem, temere se immiscendò; quantumvis enim hujus criminis reus propriè non sit ex eo; quòd in patriæ & domicilii sui principem ipse conspiravit; quòd crimen hoc in Principem offensum à solis subditis

subditis committatur, *Clement. Pastoralis 2. §. Rursus, de Sent. & re jud.* clericus autem, tanquam persona à Seculari jurisdictione exempta, Principis Secularis subditus non sit, per DD. congestos à *cit. Barbosa n. 96. & Oliva de Foro Eccles. p. 2. q. 17. n. 26.* nihilominus ejus criminis reus ipse quoque evadit, subditis in Principem suum conspirantibus, eisque rebellantibus se immiscendò, multòque magis eos ad conspirationem ac rebellionem concitandò, ut cum *Igneo in l. Necessarios §. 2. ff. ad S. C. Sylan. n. 417. Fabro in §. Alia 5. Instit. de publ. Judic. & Gomez de Delict. cap. 2. n. 10. in fine, sustinet cit. Oliva q. 17. à n. 29.* quòd ita eà criminis specie involvatur, cujus caput aut particeps fuit; cum unusquisque tale delictum committat, quale est id, ad quod committendum alteri est cooperatus, eumve induxit, ex sententia *D. Thomæ 2. 2. q. 43. art. 3. Navarri in can. Consideret 1. dist. 5. de Penit. n. 117. Bannez cit. q. 43. dub. & concl. 1. Suarez de Censur. Disp. 44. f. 4. Sanchez Lib. 1. Moral. cap. 6. n. 3. § 6. & aliorum Theologorum.*

Verùm esto, talis clericus lætæ Majestatis criminis reus sit, inde tamen perperam inferitur, in eum non degradatum animadverti posse à Principe, in quem factæ conspirationis ac rebellionis concitatae ratione crimen illud contraxit, *Vincent. de Franch. Decis. 691. Boërius de Seditiosis §. 6. n. 3. cit. Martha casu 133. n. 27. Farinac. q. 8. à n. 28. Oliva q. 17. n. 35. Diana p. 1. tract. 2. resol. 19. cit. Barbosa n. 96. & alii,* in hanc rem allegantes auctoritatem *Clement. VIII. processum contra clericos, reos criminis rebellionis, duobus iudiciis, quorum alter Ecclesiasticus, alter Secularis quidem, sed clericali Ordine insignitus erat, delegantis, & Imp. Caroli V. in Hispania personas Ecclesiasticas similis criminis reas ad Ecclesiasticos iudices re-*

mittentis. Ratio prompta est; quia apertè Juris Regula est, clericum pro quocunque etiam atrocissimo crimine judicari ac puniri à Seculari Curia non posse, *c. At si Clerici 4. c. Cùm non ab homine de Judiciis, c. Nullus 2. e. Si diligenti 12. hâc Rubr. Et. nisi actualiter sit degradatus, c. Cùm non ab homine cit. & c. Novimus 27. de Verb. Signif. nihil obstante l. Quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest. cùm ista, tanquam lex merè Civilis ad clericos non porrigatur, Glossa in can. Satis perversum 7. V. eòdem, dist. 56. Panormit. in c. Cùm laici 10. de Jure patronat. n. 4. Archidiacon. in can. Satis 9. q. 1. Ant. Nigr. in Extravag. Unic. de Vita & honest. n. 464. cit. Martha n. 18. & Oliva n. 36.*

Dubium tertio est, an fori Ecclesiastici privilegium patrocinetur clericis, reo criminis Assassini. Contra talem certè sine prævia degradatione ac traditione à Seculari curia procedi ad punishmentem posse, cum *Dominico in c. 1. de Homicid. in 6. n. 10. in fine & Franco ibid. n. 5. tenent Covarruvias Lib. 2. Var. cap. 20. n. 10. §. Sextò & Diaz Pract. Criminal. cap. 96. n. 4. Quin Decianus Vol. 2. consil. 82. & nonnulli alii, nullà etiam criminis declaratione opus esse, volunt, dicit *c. 1. cit. relatà Constitutione Bonifacii VIII. disertè statuentis, Quicumque tam clericus, quàm laicus, qui bujusmodi inhumanitate per assassinum aliquem interfecit fecerit, sit à toto Christiano populo perpetuò diffidatus: quibus verbis eum à Seculari iudice & aliis occidi permitti, aliqui volunt. Sed melius cum Dominico & Franco l. cit. Clarus §. fin. q. 36. n. 31. Martha cit. casu 129. n. 17. Diana p. 1. tract. 2. resol. 51. Oliva cit. p. 2. q. 14. n. 5. Barbosa §. 2. cit. n. 83. & apud hunc alii, ad clerici Assassini punishmentem à Seculari curia, antequam ab Ecclesiastico ju-**

fiastico iudice sententia criminis declaratoria lata sit, procedi posse, inficiantur propter *Constitutionem Clementis VIII.* editam 18. Decemb. 1595. præviã Ecclesiæ declarationem disertè expolcentis. Ad hanc etiam declarationem criminis probationem non qualemcunque, sed minimè dubiam & concludentem exigunt & contrariam praxin cum Felino in c. *In nomine 2. de Test. & attest. n. 11.* meritò damnant Mascard. *de Probat. concl. 137. n. 5. cit. Martha n. 16. & Oliva n. 5.*

169. Dubium quartò est, an clericus, in iudicio Seculari falsum testimonium dicendo delinquens à iudice, coram quo ita deliquit, iudicari valeat ac puniri. Ratio dubitandi est; quòd laicus in iudicio Ecclesiastico falsum deponens ab eodem iudice valeat puniri, Covarr. *Prætic. cap. 18. n. 8. & Guazzinus Defens. Reor. 1. cap. 11. n. 34.* quòd testis in sua depositione delinquens ibi forum fortiatur, ubi deposuit, & ratione temeritatis coërceri valeat à iudice, coram quo deliquit, fori privilegiò non obstante, *l. Nullum 14. C. l. Qui falso 16. ff. de Testib. & l. Eos qui 27. C. ad L. Cornel. de fals. Accedit; quod, concessò & commissò aliquò, concessa & commissã intelligantur omnia, quæ sunt necessaria ad illud expediendum, c. Præterea 5. de Offic. deleg. necessarium autem ad causã principalis definitionem sit, cognoscere, an clericus, qui in causa deposuit, falsò fuerit testificatus; cum absque hoc, an ejus testimonio fides habenda sit, non sciat.*

Nihilominus, clericum ob tale etiam falsi crimen puniri à Seculari iudice non posse, cum Panormit. in c. *Verùm 7. de Foro compet. n. 20. Felino ibid. n. 5. & Interpp. aliis docent Clarus §. cit. q. 38. n. 14. Gutierrez Prætic. Lib. 1. q. 24. n. 1. Menoch. de Arbitr. Lib. 1. q. 91. n. 18. Fachincus Controvers. Lib. 9. cap. 27. Farin.*

Prax. Criminal. q. 67. n. 56. & alii, longa serie congesti à Barbofa §. cit. n. 90. Ratio est; quia Secularis iudex respectu personæ clericalis quomodocunque delinquentis, non solum incompetens, sed omnino incapax est jurisdictionis, c. *At si clerici, c. Cum non ab homine Sc. cit.* ubi autem iudex respectu personæ non solum incompetens, sed incapax quoque jurisdictionis est, contra illam judicialiter procedi ab eo non posse, explorati Juris Regula est. Quin clericus, falsi coram Seculari iudice convictus, puniri etiam nequit per iudicem Ecclesiasticum: nisi falsum à se depositum coram ipso fuerit confessus, vel de eo legitime convictus, ut cum Riccio p. 4. *decis. 81. & aliis rectè observat Barbofa l. cit.* quòd criminis falsi probatio à Seculari iudice contra clericum recepta & ipsa istius coram eo facta confessio invalida sit, c. *At si clerici cit.* & indicium duntaxat ac præsumptionem faciat iudici Ecclesiastico; ut in talem clericum per inquisitionem procedere, eumque ad confessionem in iudicio Ecclesiastico faciendam compellere possit, juxta dicta *Tit. 1. num. 97.*

Neque hac in re paritas est cum laico, falsum deponente coram iudice Ecclesiastico; cum enim iste incapax non sit jurisdictionis in laicum, eum in suo iudicio delinquentem punire potest; quòd ex incompetente factus competens sit, *arg. l. Nullum & l. Falso cit. Bruneman. in l. Nullum cit. n. 1.*

Neque refert; quòd falsitatis depositionis clericalis cognitio necessaria sit iudici Seculari; quia, licet iste de eo cognoscere valeat ad effectum; ut sciat, an ejus depositioni fides habenda sit ad principalis causæ definitionem, aut secus, *arg. c. Præterea cit.* de ea tamen cognoscere nequit ad effectum dijudicandi ac puniendi criminis falsi; cum ad hunc finem recipiendæ

cipiendæ probationis falsi iudici Seculari obster defectus capacitatis jurisdictionis, *c. At si clerici cit. Sc. Clarus cit. n. 14. in fine, Covarruvias cit. n. 8. in fine & Farinac. n. 57.*

170. Dubium quintò est, an iudex Secularis punire valeat clericum, delinquentem in officio Seculari. Dubitandi ratio est; quòd clericus, licet fori Ecclesiastici privilegio renuntiare nequeat expressè, id tamen valeat tacitè, si ipsò factò, vg. si clericus minor habitum ac tonsuram deponat; ut locus sit decreto Concilii Trident. *Sess. 23. cap. 6. de Reformat.* itaque alieni iudicis in se prorogare valeat jurisdictionem, vg. alibi contrahendò vel se soluturum promittendò, *c. Dilecti 17. hanc Rubr. & c. 1. §. Contrahentes, in 6.* Cùm ergo clericus, seculare officium admittendò, fori privilegio tacitè renuntiare & ipsò factò, quò seculare officium à Principe aliòve ejusmodi Magistratu admittit, id conferentis jurisdictioni se subicere videatur, in ejusmodi officio delinquens à Seculari iudice poterit puniri.

Verùm, quia ex una hæc alienæ jurisdictionis in se prorogatio & privilegii fori renuntiatio tacita, non ex mera voluntate clerici, sed ex dispositione Juris, illum ob factum aliquod alieno iudici subicentis, vim habet, juxta *dilecti n. 48.* ex altera vero parte Jus, licet officii secularis receptionem clericis prohibeat, *c. Sacerdotes 2. c. Sed nec 4. c. Clerici 5. §. Jubeamus Sc. Ne clerici vel monachi.* id tamen recipientem fori privilegio non privat, nec subicit jurisdictioni Principis vel Magistratus Secularis, ab isto ipsum in commisso sibi officio delinquentem puniri posse, meritò negant Cochier *Tom. 2. de Jurisdic. in Exempt. p. 3, q. 41. à n. 1. de Grassis de Effect. Cleric. ess. 1. n. 82. Squillante de Privileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. n. 87. Ambrosin. de Immunit. cap. 20.*

n. 54. cit. Sanchez Lib. 3. cap. Unic. dub. 2 n. 11. Diana, aliis DD. relatis p. 1. tract. 2. resol. 19. & p. 4. tract. 1. resol. 39. & Haunold. Tom. 5. de J. & J. tract. 1 n. 247. Ratio est; quia fori Ecclesiastici privilegium clericis, præsertim in Criminalibus, concessum est indistinctè; ut pro ullo delicto in eos procedi & personaliter vel pecuniariter condemnari à Seculari curia non possint, *c. At si clerici, c. Cùm non ab homine Sc. cist.*

Quare, licet talem clericum ab officio, in cujus administratione deliquit, Princeps aliòve Magistratus Secularis liberè removere: & si debitor appareat, de debitorum & damnorum quantitate se informare queat; ut tamen ad solutionem & damnorum reparationem condemnentur & opportunis remediis compellantur, Ecclesiasticum iudicem adeundum, cum Ant. de Marinis *Resol. quotid. cap. 53. n. 15.* & aliis rectè monet Diana *cit. resol. 39. in fine.*

Dubium sextò est, an persona & loca Ecclesiastica ratione pauperiei, siue damni à suis animalibus illati, coram Seculari iudice conveniri, & ab isto ad damni dati reparationem & pœnam valeant condemnari. Pesse, eà ratione suadetur; quòd tali casu directè non contra personam, sed contra animalia ad damnorum reparationem ac pœnam agatur, & condemnatio atque executio in istis fiat sine ullo respectu ad personam.

Verùm hoc, quàm primò intuitu speciosum, tam vanum est, si res accuratius ponderetur; cùm enim judicialis conventionis & condemnationis animalia capacia non sint, *can. Mulier 4. ubi, Quomodo sit reum pecus; cùm sit irrationale, nec ullò modò legis capax, 15. q. 1. §. 1. ff. Si quadrupes paup. sec. omnino oportet dari aliquam personam, contra quam agatur, probatiòque, condemnatio & executio*

cutio fiat, l. cit. pr. ibi, *Dari oportet animal, aut estimationem noxia offerri*: quæ persona, si Ecclesiastica sit, ad damni dati reparationem à suo & Ecclesiastico duntaxat iudice condemnanda erit, c. Nullus 2. c. Si diligenti 12. hanc Rubr. & c. Seculares 2. in 6. cit. Squillante cap. 7. n. 94. Sanchez dub. 31. n. 2. Diana cit. Tract. 2. resol. 80. & Tract. 1. resol. 72. Barbosa n. 122. & Haunold. n. 244. Ratio est; quia, esto hæc cautela merè temporalis ex sua natura sit, ratione personæ, quæ ex ea convenienda & condemnanda est, Ecclesiastica est, & Ecclesiastico iudicio definienda, per cc. cit. textus & declarationem S. Congreg. Cardd. *Causas damnorum datorum per Ecclesiasticos seu per eorum animalia &c. spectare ad Curiam Episcopalem privative*, declarantis in una *Terracineni* relata à cit. Barbosa n. 123.

172. Dubium septimò & DD. in utramq; partem militaciù magnis studiis agitata controversia est de Jure, quò clerici à foro & jurisdictione Seculari eximuntur. Non quidem in causis Spiritualibus, hoc est, Fidem, Sacramenta, Divinum cultum, animarumque salutem & finem supernaturalem spectantibus; quoad has enim ipsos Divino Jure exemptos, apud Orthodoxos est indubitatum; quia, ut suprà est dictum, ejusmodi causarum judicialis cognitio spiritualem potestatem, à Christo institutam, & D. Petro istiusque successoribus concessam, requirit.

173. De causis autem Temporalibus non idem omnium, etiam Catholicorum DD. est sensus; clericorum enim quoad istas etiam exemptionem Humanò altioris, ac proinde Naturalis aut saltem Divini, Juris esse, cum Glossa in can. Si Imperator 11. v. Et discuti, dist. 96. Panormit. in c. Ecclesia 10. de Constitut. n. 6. Felino ibid. n. 6. Baldo in Auth. Statuimus cit. pr. volunt Clarus cit. q. 36. n. 2. Decianus Tract.

Crimin. Lib. 5. cap. 9. n. 1. Azor p. 1. Instit. lib. 5. cap. 12. q. 1. Valentia Tom. 4. disp. 9. q. 5. p. 4. assert. 3. Fagnanus in c. Ecclesia cit. n. 10. & non pauci alii, præfertim TT. & Canonistæ, suam hanc Opinionem ferè defuentes ex can. Futuram, 12. q. 1. ubi pientissimus Imp. Constantinus, Vos inquit, à nemine judicari potestis: sed solius Dei iudicio reservamini: ex c. Quanquam 4. de Censib. in 6. ubi Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ & res ipsarum, non solum Humanò, sed Divinò etiam, Jure dicuntur immunes; quibus consonant Concilia, Lateranense sub Leone X. cujus Sess. 9. Jure tam Divinò quàm humanò laicis nulla potestas in Ecclesiasticas personas dicitur attributa, & Trident. Sess. 25. cap. 20. de Reformat. quod Ecclesiasticarum personarum immunitatem Dei ordinatione & Canonice sanctionibus asserit introductam. Rationem reddunt partim; quòd clerici ex ipsius clericatùs à Deo facta institutione sint Patres & Magistri Secularium, can. Quis dubitet 9. dist. 96. hisque superiores, can. Duo sunt 10. dist. cit. c. Solita 6. de Majorit. superiores autem ab inferioribus judicari, patres filiorum, & discipulorum jurisdictioni magistros subijci, absonum, c. Cum inferior 6. de Majorit. & à recta ratione adeò alienum sit; ut can. Quis dubitet cit. miserabilis insanix esse dicatur: partim verò; quòd clerici à laicis segregati, in sortem Domini vocati & ad Divina servitia deputati sint, can. 1. dist. 21. can. Clericus 5. Co. 12. q. 1. & c. Cum secundum 16. de Prebend. ac proinde à Secularis potestatis dispositione & jurisdictione non minus, quàm templa, altaria & vasa divini cultui consecrata à prophanis usibus & potestate exempti. Confirmatur; quia, si clericorum aliarumque personarum Ecclesiasticarum à jurisdictione Seculari exemptio

emptio esset Juris merè humani, tolli eive derogari posset consuetudine: quod plerique DD. negant.

174. Eorum contrà in causis Temporalibus exemptionem in novo Testamento Jure humanò introductam, cum Innocentio in *c. Si quis 2. de Majorit.* defendunt Alciatus in *c. Cum non ab homine cit.* Covarruvias *Practic. cap. 31. n. 2.* Oliva de *Foro Eccles. p. 1. q. 10. à n. 9.* Farinac. *Prax. Criminal. q. 8. n. 2.* Medina de *Resit. q. 15.* Sotus in *4. dist. 25. q. 8. arr. 2. Molina Tract. 2. de J. & J. disp. 31. n. 2. & 6.* & alii tam TT. quàm JCT. quorum fundamenta sunt Primò; quòd in sacris paginis novi Testamenti non extet ullus textus, quòd ea immediatè sit constituta: imò contrarium, & clericos, spectatò præcisè Naturali ac Divinò Jure, in temporalibus à Seculari potestate non exemptos; non obscurè suadere videantur Verba, *Omnia anima sublimioribus potestatibus subdita sit,* Roman. *cap. 13. v. 1.* *Subditi estote Regi, quasi præcellentis,* 1. Petri *2. v. 13.* & exemplum Apostoli, Actor. *cap. 25. v. 10.* ad Cæsarem appellantis: atque ipsius Christi Domini Servatoris nostri, cum Pilato, *Non haberes,* inquit, *potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset de super.* Joan. *cap. 19. v. 11.* Secundo; quòd privilegium Fori clericis à Justiniano Imp. concessum tantùm sit in causis Civilibus, & cum super crimine Ecclesiastico conveniuntur: in criminibus autem Civilibus sortiti sint forum Seculare, *Novell. 83. pr. & cap. 1.* & hodie quoque in Feudalibus, super bonis Regalibus ortis & Reconventionis: imò aliquando etiam in Criminalibus causis subjiciantur curiæ Seculari, *c. Cum non ab homine cit. c. Novimus 27. de V. S.* Tertio, quòd clericorum à foro Seculari exemptio non semper fuerit æqualis: sed variationem quoad causas & ipsas etiam personas admittat, & novissimè à

S. Synodi Tridentinæ PP. non parùm restricta sit *cit. Sess. 23. cap. 6. de Reformat.* contrà, quàm solent, quæ à Naturali aut Divino Jure immediatè descendunt.

Mihi utriusque sententiæ rationibus 175. aliquid tribuendum, & privilegium hoc, sive personarum Ecclesiasticarum Immunitas, Dei ordinatione & Canonice sanctionibus, ut *cit. cap. 20. PP.* Tridentini loquuntur, constituta videtur, Illà, quia non tantùm ad legis Divinæ veteris, Sacerdotes ac Levitas Aaroni ejusque successoribus subjicientis, Suarez *Lib. 4. de Immunit. cap. 9. n. 21.* sed etiam potestate à Christo immediatè accepta & collata ad Ecclesiæ suæ gubernationem, exigentem; ut clerici tanquam Patres, Magistri & superiores laicorum ab istorum potestate & jurisdictione eximerentur: & ex speciali instinctu & quodammodo Dei, rectam Ecclesiæ suæ gubernationem S. Petro illiusque successoribus committentis, præcepto est profecta, Illis verò, sive *Canonice sanctionibus*; quia immediatè à summis Pontificibus, eorumque concessione, vel istius ab Impp. factæ confirmatione extensioneque clericalis Ordinis dignitatem honorantibus ornantibusque; itaque Dei committentis ordinationem exequentibus est introducta, Lessius *Lib. 2. de J. & J. cap. 33. n. 30.* & Palao *Tract. 12. disp. Unic. p. 1. n. 4.* Ex qua utriusque sententiæ conciliatione

Infertur primò, Consuetudinis, licet 176. hoc clericorum privilegium, sive, ut propriè vocatur, Libertatem Ecclesiasticam in casibus dubiis valeat interpretari, *arg. c. Cum dilectus 8. de Consuet.* eam tamen vim non esse; ut id tollere, vel etiam diminuere sola, sive absque summi Pontificis consensu possit, cum; quia non appareat, quomodo consuetudo, privilegio Dei ordinatione specialique instinctu & quodammodo præcepto introducto contraria, esse que-

esse queat rationalis, *arg. c. fin. de Con-*
suet. eam enim ob causam, tanquam Cor-
 ruptela reprobatur *c. Quamquam cit.*
 Tum verò; quia ad consuetudinem legi-
 time præscriptam necessarius est consen-
 sus, saltem tacitus legislatoris: qui præ-
 sumi non potest de Papa, quot annis in festo
 Cœnæ Domini, ejus Bullæ *can. 15. & Ur-*
bani VIII. Constitutione, quæ incipit *Rom-*
anus Pontifex, editâ 5. Junii 1641. ex-
 pressè & palam contradicente; expressi
 enim utique major vis est, quàm taciti, ut
 habet tritum ex *l. Nonnunquam 52 ff. de*
Condit. & demonstr. cit. Palao p. 12. n. 3.
 & Haunold. *Tom. 5. de J. & J. Tract. 1. d*
n. 310.

177. Infertur secundo, idem privilegium,
 licet pro temporum, aliarumque circum-
 stantiarum varietate extendi possit & re-
 stringi, omninò tamen tolli ab ipso etiam
 summo Pontifice non posse; quia, etsi im-
 mediatè ab ipso, Divina tamen ordinatio-
 ne & ad ædificationem, non ad destructio-
 nem, ipsi concessa autoritate est consti-
 tuta, *cit.* Covarruvias n. 4. & Palao
 p. 1. num. 7.

178. Dubium octavò est, an Fori privile-
 gio clerici valeant renuntiare. Ratio du-
 bitandi est; quòd privilegium hoc non
 tam publicum quàm privatus favor esse vi-
 deatur singulorum clericorum, in quo-
 rum utilitatem immediatè redundat: Ne-
 que referat; quòd his competat ratione
 Clericatus; quia illius & Sacerdotii quo-
 que ratione competenti privilegio renun-
 tiari posse, liquet ex *ll. Si quis in conscri-*
bendo 51. C. de Episc. & Cleric. 29. C.
de Pallis. Accedit; quòd in Concilio Mi-
 levitano *c. Inolita, 11. q. 1.* relato & *can.*
Clericum 2. Ec. 14. q. cit. Clerici ad forum
 Seculare prohibeantur solummodo *per-*
trahi, verbò, invitò, non volentes de-
 notante.

Sed, quæ Ecclesiastica prohibitionis

vis sit, planius explicarunt Concilia, Car-
 thaginense *can. Placuit 43.* & Matisco-
 nense *can. Nullus 6. q. cit.* relata: quo-
 rum illud clericorum, Seculari foro se sub-
 mittentium, temeritatem sententiæ pro
 ipsis latæ irritatione, & ejus, quod evice-
 rint, amissione: istud plagis, vel si hono-
 ratios sint, carcere voluit puniri: &
 postea Innocentius III. ejus, de quo nobis
 sermo est, privilegii etiam voluntariè ac
 sponte factam renuntiationem, cum ad-
 jecto ipsi juramento, irritam declarans,
c. Si diligenti 12. bte. cum; quòd à SS. Ca-
 nonibus prohibita sit: tum verò; quòd
 non personale, sed toti collegio Ecclesia-
 stico publicè indultum, hoc est, toti statui
 sive Ordini clericali concessum; ac proin-
 de favor & jus publicum sit: cui privato-
 rum pactioibus & renuntiationibus ne-
 queat derogari, *l. Jus publicum 38. ff. Pa-*
ctis. Unde corrui ratio dubitandi.

Minus urget *l. Si quis cit.* textus;
 quia Civili istius dispositioni, cum de Ec-
 clesiis & Clericis agitur, prævalent san-
 ctiones Ecclesiæ, *c. Ecclesia 10. de Consti-*
tut. & c. Noverit 47. de Sent. Excommu-
nicat. ut dictum Procem. n. 125. quæ ali-
 eni, etiam Ecclesiastici, sine proprii Episco-
 pi consensu, *c. Significasti 18.* Secularis
 autem judicis in se prorogationem, etiam
 proprio & Ordinario suo Prælato con-
 sentiente, clericis non permittunt, ut in *c.*
cit. Glossa *V. Clerici, Farinac. cit. q. 8. n.*
13. & Barbosa in *c. cit. n. 6.* observant.

Dubium nonò & frequentis usus con-
 troversia est de dubio, an in causa Civili
 citatus, vel propter delictum à Seculari
 Curia apprehensus clericus, aut religio-
 sus, vel laicus sit. De cujusmodi causa
 & delicto judicialiter cognosci à Seculari
 judice non posse, priusquam de personæ
 Clericatu, aut Religioso statu cognosca-
 tur, patet ex *c. Si iudex 12. in fine, de Sent.*
Excom. in 6. ibi, *Contra eum tamen in-*
terim,

- terim, dum de Clericatu vel Monachatu cognoscatur, & pronuntietur, quivis *processus iudicis penitus conquiescat.* De Clericatu autem, vel statu Religioso personæ apprehensæ, etsi, quando de eius Ordinationis aut Professionis valore &c. quæstio est, cognitionem Ecclesiastico iudici competere, indubitatum sit ex decisione *c. Si iudex cit. ibi, Dubitationis, an sit, qui repetitur, clericus, ad iudicem Ecclesiasticum cognitio pertinebit, quia, ut ibidem dicitur, de re Ecclesiastica & Spirituali est:* de qua in iudicium deductæ controversiæ cognitio ad forum Ecclesiasticum spectat, *c. cit. c. Decernimus 2. c. Quanto 3. de iudic. c. Tuam 3. de Ord. cognit.* &c. de ea tamen cognoscere Secularis posse videtur, cum dubium & quæstio est de Facto, an, quos, majores vel minores Ordines acceperit, an habeat beneficium, emiserit Professionem, detulerit habitum & tonsuram clericalem vel Monachalem: cum, ut *n. 99. insinuat, & Tit. 10 & 12. plenè tradetur, de quæstionibus facti rerum spiritualium, hisque annexarum, & super iis intentato Retinendæ ac Recuperandæ Possessorio cognoscere valeat iudex Secularis.*
182. Nihilominus, et iam huiusmodi quæstionis iudicalem cognitionem Curie seu iudici tantum Ecclesiastico competere, cum Covarruvia *Pract. cap. 33. n. 1. Steph. Gratiano Discept. cap. 190. à n. 11. Mascardo de Probat. conclus. 689. n. 7. & aliis rectè defendunt duo Barbosa, Petrus in l. Titia 29. ff. Solutio matrim. à n. 26. Augustinus in c. Si iudex cit. n. 2. & Oliva p. 1. cit. q. 26. n. 24.* Ratio est; quia, cum de personæ Clericatu vel statu Religioso quæritur ad effectum; ut de ejus, Civili v. g. Personali actione conventi, causa, vel delicto cognoscere possit iudex Secularis, non sufficit, constare aut probari Clericatus vel Monachatus quasi possessionem,

aut factum Ordinationis, vel editæ ab eo professionis: sed probanda est veritas Tituli Clericalis & Ordinationis vel Religiosæ Professionis valor, & id, quod habet, verè Beneficium Ecclesiasticum: & quas gerit vestes, verè clericales aut Religiosas esse, secundum Rotæ *Decis. 12. de Probat. in Antiquis:* in qua probatione & cognitione non solus facti, sed Juris etiam quæstio necessariò involvitur. De tituli autem & Ordinationis vel Religiosæ Professionis valore cognoscere cum nequeat iudex Secularis, de ea cognoscere Ecclesiasticus debet, partim; ne causarum connexarum contentia dividatur, contra Reg. *c. 1. de Causa poss. & propr. & l. Nulli 10. C. de iudic. partim verò; quòd, cum decisio quæstionis facti ad eum, de quo agitur, effectum non sufficiat, de ea frustra cognoscat & pronuntiet iudex Secularis, arg. c. Dilecti 8. de Except. & l. Ad Probationem 21. C. de Probat.*

Neque huic resolutioni adversatur, quod tali casu agatur de præiudicio iudicis utriusque, Ecclesiastici & Secularis; cum, sicut ille, ita etiam iste reum conventum vel apprehensum suæ iurisdictioni subiectum prætendat: quando autem de duorum præiudicio agitur, valde conveniens & Jurietiam consonum sit, ut de eo cognoscat uterque simul, arg. *Regula, Quod omnes tangit, ab omnibus debet probari, quæ est 29. in d. & l. In concedendo 7. ff. de Aqua pluvia arcenda.* Non, inquam, hoc adversatur; quia huiusmodi cognitio de re Ecclesiastica & Spirituali est, *c. Si iudex cit.* & propterea soli Ecclesiastico competit, *c. Decernimus c. Quanto & c. Tuam cit.* Secularis autem iudex, etsi etiam ipse debeat vocari, causæ tamen cognitioni non interest, ut iudex: sed, ut de jure suo tanquam pars dicat, ut colligitur ex *c. cit.* Unde Regulæ allegatæ in præsentis dubio non est locus; quia

eus; quia in materia spiritali & Ecclesiastica intentionem suam in Jure fundatam solus iudex Ecclesiasticus habet.

183. Ne tamen obiectio hæc viribus omnino vacua & ludicra videretur, dixi, *Cognitionem judicalem*, sive quæ de personæ Clericatu vel Monachatu, plenis probationibus receptis, definitivè pronuntiat; quia summariam aliquam & perfunctoriam cognitionem, ut iudex sciat, an reus sit in Clericatu vel Monachatu quasi possessione, ac proinde statim & absque ulla retentione ad Curiam Ecclesiasticam remittendus, Seculari permissam, cum Menochio *Consl. 912. n. 14.* Petr. Barbosa *in l. cit. n. 29.* & Oliva *q. cit. n. 26.* haud agrè conceditur, & desumitur ex *c. Si iudex cit. §. Et si notorium*; ubi Papa, dum Curia Ecclesiastica statim remittendum, dicit, *Si fuerit notorium, quòd idem malefactor sit clericus*, Seculari iudici non obscurè concedit aliquam saltem summariam cognitionem, & informationem super notorietate, fama & communi reputatione; quia, an reus statim debeat remitti, vel Ecclesiastici iudicis super Clericatu pronuntiantis decisio expectari possit, sciri non potest sine ejusmodi cognitione & informatione.

184. Hæc autem informatione accepta, sicut, quando reum clericum esse notorium est, aut in quasi possessione Clericatus vel Monachatus esse constat, eum statim remittere debet: ita ipsum, quando, eum clericum aut in ejusmodi quasi possessione esse, non constat, retinere Secularis iudex potest: donec Clericum aut Religiosum esse per literas authenticas à Prælato suo acceptas &c. per testes, famam, aliave argumenta in foro Ecclesiastico legitime probetur & definitivè pronuntietur, ut aliis DD. relatis tradunt *citt. Farinac. q. 8. n. 33. & 44. Palao p. 4. n. 5. asserentes id à Rota sapius decisum,*

Dubium decimò est, an Secularis iudex clericum delinquentem capere & incarcerare nequeat; ut eum Prælato Ecclesiastico sistat. Ratio dubitandi est; quia delinquentis apprehensio & incarceratio sunt actus jurisdictionis, laicis in clericos non permissæ.

Quæ ratio licet omnino persuadeat, ejusmodi clericum à Magistratu Seculari capi per se & propriâ authoritate non posse: non desunt tamen casus, quibus hoc ei per accidens & quasi ex commissione Ecclesiæ, *c. Ut fama 35. §. fin. de Sent. Excom.* istiusque permissione, saltem rationabiliter præsumpta, licet: Et

Primò quidem, cum clericus delictum notoriū, & ipse de fuga est suspectus. Quò tamen casu ad Prælatum Ecclesiasticum, si potest, prius recurrendum, & delinquentem captum à Magistratu Seculari ultra viginti horas non detinendum: imò, quàm primùm potest, Ecclesiasticæ Curia remittendum, cum Felino *in c. Cum non ab homine 10. de Judic. n. 4. monent cit. Farinac. q. 8. n. 118. & Palao p. 6. n. 14.* Imo in causa etiam Civili clericum debitorem de fuga suspectum, si ab eo obtinendæ solutionis vel idoneæ cautionis alia ratio, & ad iudicem Ecclesiasticum recursus in tempore non sit, à Magistratu Seculari aut ipso creditore apprehendi & iudici Ecclesiastico, quàm citò potest, sistendum, detineri posse, in *c. cit.* notant idem Felinus *n. 1. Panormit. n. 12. Baldus n. 14. & præter alios docent Covarruvias Lib. 2. Var. cap. 1. n. 9. & cit. Farinac. n. 119.* Ratio est; quòd hujusmodi apprehensio detentiòque rationem habeat, non tam exercitii jurisdictionis, quàm propriæ defensionis, in quam Ecclesiastica potestas consentire præsumitur; ut ita Republicæ læsæ & creditoris indemnitati consulatur.

Secundò, quando delictum non tantum in

um in ipsam Rempublicam, sed privatam etiam personam, committendum, aliò modò nequit impediri; quia Reipublicæ & privati etiam innocentis defensio cui-libet est permiffa, *citt. Panormit. n. 19. & Farinac. n. 120.*

Tertiò, quoties clericus impunè & sine sacrilegio verberari & lædi potest, ut in casibus *c. Si verò 3. V. Si verò clericus, de Sent. Excom. Sc.* quòd ejus, ut curiæ Ecclesiasticæ tradatur, apprehensione minùs, quàm percussione lædi videatur Ordo clericalis, *citt. Panormit. n. 11. & Farinac. n. 123.*

ARTICULUS XI. De Foro Competente Scholarium.

SUMMARIUM,

187. *Speciale Forum sortiuntur Illustres, Milites, Uxor.*
188. *Et Literarum Studiosi:*
189. *Qui coram Magistratu Academico conveniuntur:*
190. *Si sint in Matriculam relati:*
191. *Etsi studia non invigilent,*
192. *Aut in patria sua operam dent.*
193. *Forò Academicò gaudent in Civilibus,*
194. *Et Criminalibus, etiam gravioribus causis,*
195. *Sive Jus sive ratio spectetur:*
196. *Quas spectans jurisdictio firmatur Praxi:*
197. *Etsi in quibusdam Academijs sit restricta.*
198. *Preventionis effectum superveniente Scholario privilegio impediri afferentium,*
199. *Etsi negantium verior Opinio.*

200. *Idem Forum etiam sortiuntur Scholares Clerici:*

201. *Non tamen communi, Episcopi favente:*

202. *Sed speciali Jure,*

UNdecimò, quædam alia personarum genera speciale forum sortiuntur ratione Privilegii; sic enim Miles armatus conveniendus est coram Magistro militiæ, *l. Unica C. In quibus causis milit. & Illustres in Criminalibus, Procuratorem non admittentibus, coram Principe, ab eòve delegato, l. fin. C. Ubi Senator. vel Clariss. conven. Sic uxor coram judice mariti convenitur, l. Cum quadam 19. ff. de Jurisdic. cujus forum etiam post istius obitum sortitur, donec alteri nubat, l. Filij 22. ff. ad Municipal.*

Simili modò Literarum Studiosis insignis Fori Privilegium ab Imp. Friderico I. Barbarosa sive Anobarbo, à ruffa barba dictò, indultum est *Aurb. Habita C. Ne filius pro patre*, apud Roncalias mensis Novembri 1158. publicata: cujus fragmentum est, *Si litem eia Scholaribus quoviam super aliquo negotio movere voluerit, eos coram Domino vel Magistro suo, vel ipsius Civitatis Episcopo, quibus hanc jurisdictionem dedimus, conveniat.* Circa quam Constitutionem, sicut, an utroque Domini & Magistri nomine una eademque Academiae Rectoris, vel diversæ, ejus scilicet & Magistri seu Professoris personæ intelligantur, ambiguum: ita ferè receptum est, neutro extraneam, sed Academicam personam utroque denotari. Quæ autem illa, vel interpretatur, vel introduxit Magister Usus seu consuetudo; hodie enim in plerisque Studiorum Universitatibus eligi solet Rector: qui Imperiali sanctione & moribus datam jurisdictionem exerceat; & inter ipsos Studiosos aliòve

affiōve subditos Academicos, atque eos etiam, à quibus illi super aliquo negotio conveniuntur, de Senatūs ex Professoribus constantis consilio jus dicat, Gilken in *Auth. Habita cit. n. 60.* Ubi

190. Dubium est, quinam veniant nomine & numero Scholarium, ut forum Academicum fortiantur. Certum est, hoc neminem fortiri, nisi in album sive Universitatis matriculam sit relatus, ut *arg. l. Ex eo 42. ff. de Testam. milit. § l. 1. C. de Advocat. divers. jud.* tradunt Francus in *Proem. 6. Decretal. n. 12.* Dominic. *ibid. n. 23.* & Donell. in *Auth. cit. n. 6.* Nisi immatriculationem non exigat aliquis Universitatis Consuetudo.

191. An ultra immatriculationem exigatur, ut studiis operā navet, & lectiones aliāsve exercitationes literarias frequentet, DD. in controversiam vocant. Sunt enim non pauci, qui id absolutè negent, aut affirmant. Illi; quòd *Auth. cit. sermò* expressè sit de iis, *Qui causâ studiorum peregrinantur, & quorum scientiâ totus illuminatur mundus*: quæ verba, cum cessatoribus, ut vocamus, sive otio tempus terentibus, vel à bonarum artium ac scientiæ comparandæ studio aliena sestantibus non congruant, specialis Fori & cæteræ Scholarium prærogativæ ad eos non pertinebunt, *arg. Regulæ c. Cum cessante 60. de Appellat.* Isti verò, cum; quòd, Fori Academici privilegium à cessatoribus & otiosis scholaribus ipso Jure amitti, nusquam disertè cautum: & publicæ utilitatis intuitu conditæ legis ratio ejus dispositionem non restringat, per tradita ab Everhardo *Legal. arg. loco 78. n. 7.* cum verò; quòd, personam in matricula descriptam de foro Academico esse, præsumatur, donec contrarium doceatur, Gaill. *Lib. 1. Observat. 21. n. 11.* Et si id non præsumeretur, sub prætextu cessationis jurisdictionis & autoritas Aca-

demica ab extranea, & desideribus studiosis ipsismet, non rarò ludibrium & injuriam pateretur.

Posterior hæc ratio, sicut præponderat, sic vim non omnem admittit in contrarium militanti; quæ tamen ipsa, licet diligentia & Divinarum humanarumque rerum Scientiæ comparatæ testimonia præmiâque, literatorum gradus & munera publica ad desides & otiosos non pertinere, persuadeat, ab iis tamen, antequam nomina è matricula aboleantur, Fori & cætera privilegia, toti Scholarium Ordini concessa, ipsò Jure & studiorum neglectu amitti non evincit; cum, quòd id non tam in probrum, ipsorū quàm Academici Magistratūs contumeliam & cum extraneo collisionem redundaret: tum verò; quòd, cum Clerici & milites toti suo Ordini concessis prærogativis extracausi Jure expressos, non excidant, antequam gradu suo dejecti aut soluti sacramentò mittantur, *c. Cum non ab homine 10. de Judiciis § l. fin. ff. de Re militari*, idem statuendum sit de Scholari; ut extraneæ non subdatur, donec ob ignaviam excludatur: & quòd moderna atque ad multa incommoda præcavenda providè introducta praxis habet, Ordinario loci judici denuntietur, ut cum Bartolo in *l. Ex eo cit. n. 8.* Franco *cit. n. 12.* Tiraquello *de Cessante causa p. 1. n. 214.* & aliis docet Gilken *n. 13.*

Dubium secundò est, an Fori & cæ- 192
teris *Auth. cit.* privilegiis gaudeant studiosi, in patria sua studii operam navantes. His certè litem movent & favorem aliquem ab Imp. indultum in *Auth. cit.* negant Baldus *n. 3.* Salicet *n. 2.* & Sichardus *n. 9.* propter verba, *Qui studiorum causâ peregrinantur, & qui amore scientiæ exulant*, quæ ipsos non afficiunt suæ significationis vi, cum loci Originarii & cives peregrinis atque exulibus maximè

N ; opponant;

opponantur : & quod continent, privilegium extensionem non admittat, c. Porro 7. de Privileg. §. I. §. 1. & 2. ff. de Jure immunis.

Verum, quia verbis illis subiecta de Scholaribus dispositio ad externos non restricta, sed generalis est : & ratio principalis ; quod eorum scientiâ totus illuminetur mundus & ad obediendū Deo & Nobis Imperatori, vita subditorum informetur : quæ ratio, cum studiorum causâ peregrinantes & quasi patriâ exules non magis, quàm indigenas & Originarios complectatur, ad hos quoque ejus intuitu indulgæ specialis fori & cæteræ Scholarium prærogativæ *Auth. cit.* concessæ pertinebunt, ut arg. *Proëmij 6. Decretal. in cit. Auth. cum Angelo n. 6. & Rebuffio V. Peregrinatur.* defendit Glacken n. 21. Proculus æquiore hac de re sensu facit Juris optima interpret consuetudo, & ratio ipsa ; quia ad Fori & reliqua privilegia concedenda Imp. moverunt per se sufficientes rationes duæ. Una ; quod studiorum causâ patriâ à Scholaribus deferatur : altera & principalis ; quod eorum scientiâ illuminetur mundus & vita subditorum informetur. Quando autem aliquid statuitur ex duabus causis, quarum singulæ per se sufficiunt, ejus statuti dispositio locum habet. dummodo earum altera & principalis subsistat, arg. l. *Regula 9. §. 1. V. Et licet. ff. de J. & F. 7. Panorm. in c. Ex parte 14. de Convers. conjug. n. 8. & Tiraquell. l. cit. limit. 22. n. 22.*

193. Dubium tertio est, an *Auth. cit.* data jurisdictio se extendat ad causas studiorum Criminales. Civiles eam complecti liquet ex verbis, *Si litem eis quæpiam super aliquo negotio movere voluerit.*

194. Ex iisdem, & quibus ea subijciuntur verbis, ut nullus ob delictum sive debitum aliquod damnum eis inferat, eam ad cau-

sas Criminales quascunque extendi, viriliter propugnat Scipio Gentil. *Lib. 3. de Jurisdic. cap. 17.* Pacius de Studios. *Privileg. cap. 9. n. 13.* Limnaus *Tract. 8. Jur. Publ. Roman. cap. 9. n. 33.* Mendo de *Jure Academico Lib. 1. q. 20. à n. 454.* & alii ; quod litem nomine generali non Civiles duntaxat, sed Criminales etiam causæ veniant, l. *Properandum 13. pr. C. de Judicis l. fin. C. Ut intra cert. temp. Criminal. §. 1. Qui crimen 36. C. de His, qui accus. & has quoque negotii vocabulum complectatur, l. 1. pr. §. 1. ff. de Calumniar. §. 1. In Criminali 5. C. de Jurisd. Omn. jud. præsertim si vocabula ista accipiantur generaliter : & ut *Auth. cit.* referantur ad paulò ante præmissa verba *Ob delictum sive debitum.* Id ipsum desumunt ex verbis, *Quibus hanc jurisdictionem dedimus ;* nam etiam hæc Academico Magistratui generaliter & cum exemptione à jurisdictione ejus, qui de utroque causarum genere cognoscendi potestatem aliàs haberet, ab Imp. per Constitutionem seu legem data, & quoad neutrum causarum genus sibi alterive reservata Civiles & Criminales causas comprehendit, arg. l. *Si in aliam 7. §. fin. §. 1. Ideò 8. ff. de Offic. Proconsul.* quia quoties Princeps jurisdictionem saltem Ordinariam (qualis, cum à Lege descendat, Academica est, l. *Et quia 6. ff. de Jurisd. omn. jud.*) indistinctè concedit, merum quoque Imperium, ac proinde Criminales causas spectantem jurisdictionem conferre censetur. Cum beneficium Imperatoris plenissimè interpretandum sit, l. *Be, nescium 3. de Constit. Princip.* maximè illud, quò is alicui hominum Reipublicæ utilium, ut *Auth. cit.* Fridericus I. Scholarium Ordini amplissimè prospicere & cavere voluit ; ne extraneorum judicium injuria à scientiæ comparandæ studio facile avertatur.*

Non pa-

Non parum huic *Aurb. cit.* explicati-
 onis roboris addit; quòd, cum eà Imp.
 judicis loci Ordinarii jurisdictioni Lite-
 rarum studiosos subtraxerit in causis Pe-
 cuniariis & Civilibus, multò magis id fe-
 cisse censendus sit in Criminalib⁹, partim;
 quia scholares criminum rei injuriæ ab
 extraneo judice inferendæ magis obnoxii
 esse videntur: partim verò; quia cui ju-
 risdictio denegatur in minoribus Civilibus
 negotiis, multò magis in majoris
 præjudicii & Criminalibus causis cense-
 tur denegata, *l. Relegatorum 7. §. fin. ff.
 de Interdict. Et releg. Utique enim absur-
 dum est, ut in ejus salutem & existimatio-
 nem quispiam valeat proferre sententiam,
 cujus de nulla re possit pecuniaria judica-
 re*, Rescriptum Imperiale est, *l. fin. C.
 de Agent. in rebus*: quod etiam evincit
 argumentum à contrario ductum, ex Reg.
Cui licet. 53. in 6.

196. Eandem explicationem firmant In-
 primis exempla & Praxis Universitatum,
 numerò, nomine & autoritate cæteris
 potiorum: quarum proprii Magistratus
 jurisdictionem suam ad Scholarium
 causas Criminales generatim extendunt
 vi *Aurb. cit.* eamque declarantium ac sta-
 bilientium Privilegiorum, à Principibus,
 quorum autoritate fundatæ & liberalitate
 dotatæ sunt, indultorum, apud *citt.
 Limnæum n. 37. & Mendo n. 466.* In
 hac quoque florentissima Universitate In-
 golitadiana Magistratus Academicus in
 quantumcunque graviter delinquentes
 procedere consuevit; memini enim, non
 ita pridem studiosum furti Sacrilegi, &
 ante hunc alios homicidiorum perpetra-
 torum reos ab illo extra totum Baviaræ
 Ducatum, Serenissimis Electoribus non
 ignorantibus, & non improbantibus, re-
 legatos, refert Pranob. & Clarif. Antec-
 cessor & Universitatis nostræ insigne de-
 cus D. Manzius *Palatin. decis. 9. 100. n.*

19. Deinde studiosorum delinquentium
 ab extraneo comprehensorum ad Acade-
 micum Magistratum remissiones & de Fo-
 ri competentia quandoque inter eos natæ
 concertationes. Et demum autoritas
 DD. calculo tam frequenti in eam conce-
 dentium, ut aliter pronuntiantes, quasi
 compertæ veritati repugnarent, Horat.
 Lucius, Hæreticos vocare, non dubitavit
Privileg. Scholar. 96. in fine.

Neque eam infringit aliorum DD. 197
 & Academiæ sensus aut usus; quia
 illorum fundamenta eruditè subruit, &
 pleraque, in Clericis & Militibus specia-
 lis Fori Privilegiò munitis solvenda, in
 autores suos retorquet *citt. Mendo à n.
 439.* Istis verò Jure competens jurisdic-
 tio autoritate & Ordinationibus Prin-
 cipum, in quorum territoriis sunt sitæ,
 in foundationis limine vel postea est re-
 stricta: eamque restrictioni obnoxiam
 esse, extra omne dubium est; quia jux-
 ta dicta *Lib. 1. Tit. 2. à n. 32.* statutis suis
 Juri communi derogandi non carent po-
 testate; cum in Principe omnis jurisdic-
 tio resideat, ab eoque perinde, ut à mari fon-
 tes, fluat ac refluat: concedi & revocari,
 ampliari & restringi possit, per tradita ab
 Imola in *l. 1. ff. de Jurisd. omn. jud. &
 Panormit. p. 2. Consil. 6. n. 2.*

Dubium quartò est, an ergo à judi- 198.
 dice loci delicti commissi vel celebrati
 contractus vel solutionis promissæ per ci-
 tationem præventus, si Scholaris fiat, ca-
 usæ remissionem ad judicem suum Acade-
 micum petere queat. Id certè cum Bo-
 logneto in *Aurb. cit. n. 220.* sustinent
 Rebuffus de *Privileg. Scholar. privileg.
 153.* Horat. Lucius *Tract. cit. privileg. 66.*
 & Petr. Barbosa in *l. Si quis posteaquam
 7. ff. de Judiciis n. 113.* eà ducti ratione;
 quòd specialis fori privilegium *Aurb. cit.*
 Scholaribus indultum, sit ob bonum pub-
 licum, ad cujus conservationem ac pro-
 motionem

motiōnem bonarum artium ac disciplinarum studium ex fine suo tendit.

199. Verum, quia, specialis & Ecclesiastici fori privilegiō non obstante, is, qui ante assumptionem Clericatus, vel Religionis ingressum à Seculari iudice per citationem prævntus est, coram isto respondere usque ad causæ definitionem tenetur, juxta dicta à n. 155. iudicium contra eum, qui antequam Scholaris fieret, sive à proprii domicili, sive à loci delicti, contractus vel solutionis promissæ iudice per citationem prævntus est, inchoatum continuari poterit etiam, postquam in Scholarium numerum & matriculam est relatus. Ratio est; quia ut n. 174. dictum est, prævntionis effectum non impedit superveniens privilegium impetratum ad instantiam, imò & motu proprio à Principe concessum, arg. l. Si quis cit. § 1. Cum quadam 19. ff. de iurisdictioni. cum; quia iudicium, ubi inchoatum est, ibi & finem accipere debet, l. Ubi acceptum 30. ff. de iudiciis: tum verò; quia Princeps privilegium etiam motu proprio concedens, si non exprimat, tertio in jure suo præjudicare voluisse, non præsumitur, arg. l. Supplicatione 2. Ut lite pend. § 1. Prator ait 2. §. 6. ff. Ne quid in loco publ. Gabriel Lib. 2. de iudiciis concl. 4. n. 20.

Neque hac in re Scholaribus, causæ remissionem petentibus, patrocinatur; quòd Academici fori privilegium ipsis indultum sit favore boni publici; quia hujus etiam intuitu & favore clericis indultum est privilegium fori Ecclesiastici, arg. l. 1. ff. de J. & J. cujus §. 2. Publicum jus in Sacris, in Sacerdotibus &c. consistere dicitur, & c. Si diligenti 12. hâc Rubr. Ubi Innocentius III. fori Ecclesiastici privilegium clericorum renuntiationi obnoxium non esse, ait; quòd sit Beneficium totè collegio Ecclesiastico publicè indultum: cui

privatorum passio derogare non potest; & tamen eò prævntionis effectus non impeditur; quòd huic in ejus concessione derogatum non sit. Cùm ergo prævntioni derogatum etiam non sit Aurb. cit. ejus effectus, superveniente Academici fori privilegiō, nullatenus impediatur, ut rectè arguit Oliva de Foro Eccles. p. 3. q. 33. n. 45.

Dubium quintò est, an Academico Magistratui jurisdictio competat in Clericos literarum studiosos. Quòd affirmant, eamque in rem Aurb. cit. allegant cit. Mendo q. 21. n. 468. & Gilcken n. 22. Sed hoc perperam; nisi eam Constitutionem ostendant canonizatam; cum enim ea sit imperialis, Clerici Scholares, licet istorum Ordini indultis gaudeant favoribus, ab Imp. tamen data; aut alteri jurisdictioni ipsâ, si canonizata non sit, subijci non poterunt, per ea, quæ in c. Ecclesia 10. de Constitut. à Panormit. n. 37. aliisque Interpp. & supra tradita sunt in Proëmio Art. 6. n. 115.

Quare in primis juxta dicta n. 108. Clerici, studiorum causâ in Academicis versantes perinde, ut à cujuscunque alterius, ab Academici quoque Magistratus Secularis jurisdictione in utroque, tam Civilium quàm Criminalium, causarum genere sunt exempti. Deinde, Jurisdictione in eos, si Episcopo loci Ordinario competat, fundatur in Jure Communi, sicut Ecclesias, Monasteria aliâque Sacra & Religiosa loca, can. Omnes Basilica, 16. q. 7. can. Monasteria, 18. q. 2. c. Constitutum 6. c. Cùm dilectus 8. &c. de Domib. Relig. ita Clericos cæterasque personas Ecclesiasticas, speciali Jure non exemptas, ei submitte, can. Nullus 2. § 14. can. De persona 35. &c. 11. q. 1. c. Quantò 7. c. Licet 17. c. Irrefragabili 13. de Offic. Ordin. &c. Cùm Episcopus ibid. in 6.

Demum, si jurisdictionem in eos ob-

tineat

tineat Universitas Ecclesiastica: vel, si ista Secularis sit, aliquod ejus Collegium ex Professoribus clericis, majorem saltem partem, conset, ea neque in *Autb. cit.* neque in communi scripto, sed speciali tantum Jure fundatur; ac proinde necessarium est; ut vel Privilegiò Apostolicò, vel concessione Episcopi in limine fundationis, aut post hanc, Capituli consensu accedente, vel Consuetudine, seu potiùs Præscriptione Canonica, vel alicujus Transactionis seu amicabile compositionis viâ, vel sententiâ judicis, quæ in rem judicatam transit, aut arbitrorum pronuntiatione sit obtenta; quia his tantum modis, sicut Ecclesia, sic etiam Clerici & cæteræ personæ Ecclesiasticæ Episcopi loci Ordinarij jurisdictioni subtrahuntur, & alteri jurisdictioni subijciuntur, ut *Lib. 5. Tit. 33. à n. 68.* ostendatur.

ARTICULUS XII.

De Foro Competente
ratione Prorogationis.

SUMMARIUM.

203. Reus forum sortitur ratione Prorogationis:
 204. Quæ variis modis fit,
 205. Et varias exigit conditiones.
 206. Locum etiam habet hodie:
 207. Non tamen in Feudalibus,
 208. Principi reservatis, ab eoque avocatis,
 209. Vel Appellationis causis.
 210. Neque in Criminalibus in præjudicium judicis Ordinarij:
 211. Aut in spiritualibus,
 212. Etiam non Sacramentalibus causis.
 213. Clericus cum consensu Episcopi non prorogat Jurisdictionem Secularem.

214. Differentia inter Prorogationem & delegationem:

215. Idem sine consensu proprij expresso se non subijcit Episcopo alieno:

216. Et si id queat tacite.

217. Exempli, et si nequeant contentiosæ:

218. Voluntaria tamen Ordinarij jurisdictioni de subijcere possunt.

DUODECIMò, Forum reus sortitur ratione Prorogationis: quæ voluntariè consentit in judicem non suum, sive se subijcit jurisdictioni ejus, cui aliàs vel omninò, vel in causa, in qua ejus jurisdictionem in se extendit, non est subjectus, *l. 1. §. 1. Consensisse 2. pr. ff. de Judiciis*: quod quatuor ferè modis contingit; aliquando enim Jurisdictio prorogatur à persona ad personam: sicut fit, cum alieni subditi mutuo consensu se subijciunt alicujus, non sui judicis, jurisdictioni; ut de causa inter ipsos controversa cognoscat, *ll. cit. §. 1. Si convenit, 18. ff. de Jurisdic. Aliquando à causa vel re ad causam cum ea, ad quam judicis jurisdictione se extendit, non connexam: vel connexam quidem, sed majorem, prout contingit, cum judicis de causis, centum aureos non excedentibus, cognoscere valentis jurisdictioni se submitunt, super majore summa litigantes, Maranta *de Ord. judic. p. 4. dist. 12. n. 3.* Aliquando à tempore ad tempus, si certum tempus, intra quod causa terminanda fuit, partium & judicis consensu protrahatur; ut hic de ea etiam post illius lapsum cognoscere & pronuntiare possit, *c. De causis 4. de Offic. deleg. §. 1. Consensisse cit. §. 2.* Aliquando à loco ad locum, ut, si causa inter partes controversa de uno ejusdem territorii seu jurisdictionis loco, partium consensu ad alium ejusdem, aut accedente judicis illius loci consensu, ad locum jurisdictionis sive territorii alterius transferatur, Maranta *cit. n.**

cit. n. 3. Petr. Barbosa in l. 1. cit. art. 2. n. 2. & Oliva de Foro Eccles. p. 3. q. 14. n. 1. & alii passim.

#05.

Però ad jurisdictionis Prorogationem à DD. requiritur Primò; ut iudex, in quem partes litigantes consentiunt, aliquam habeat jurisdictionem, *c. Significasti 18. §. l. 1. cit.* quia jurisdictionis, quæ non est, extendi, eamque non habenti conferri, à privatis non potest, *c. cit. §. l. Privatorum 3. C. de Jurisdic. omni. jud. Panormit. in c. cit. n. 5. & Barbosa in l. cit. art. 1. n. 20.* Secundo; ut, si prorogatio ab una persona ad aliam, vel ab una causa ad aliam non connexam fiat, iudex non sit ad certam aliquam causam delegatus, sed Ordinarius, *Glossa in c. G. §. P. 40. de Offic. deleg. V. Prorogatio, de Offic. deleg. vel saltem delegatus ad causarum universitatem, Glossa in l. 1. cit. V. Qui tribunali;* quia talis ad naturam Ordinarii accedit, eique solet æquiparari, *Glossa in c. Cum causam 62. V. Delegatus, de Appellat.* A tempore tamen vel loco uno ad alium, & à minore quantitate ad majorem prorogari jurisdictionem, etiam ad certam causam delegatam, saltem, quando ad certum tempus &c. restrictio principaliter in favorem partium facta est, posse, *in c. Cum olim 32. de Offic. deleg. notat Panormit. n. 9. & de prorogatione à tempore ad tempus. ex c. De causis 4. pr. de Offic. deleg. §. l. Consensisse cit. §. 2. de ea quæ ab uno ad alium locum, & ex c. Statutum 11. §. In nullo, de Rescript. in 6. de prorogatione sive extensione jurisdictionis à quantitate minore ad majorem ex l. De qua re 74. §. 1. ff. de Judic. constat.* Tertiò; ut jurisdictionis, quæ per prorogationem extenditur, sit similis, sive ejusdem speciei & ad causæ decisionem sufficiens, v.g. ut, si causa spiritualis vel criminalis sit, iudex habeat spirituales, & ad causas criminales se extendentem jurisdictionem, *Panormit. in c.*

*Si diligenti 12. num. 14. Clarus §. fin. q. 42. n. 4. & cit. Oliva n. 70. Quartò; ut partes in eum consentiant scienter & liberè: non per errorem, quò v.g. se ejus jurisdictioni subiectos existiment: vel gravi metu aut potentia iudicis coacta, l. Consensisse cit. pr. Decian. Tract. Criminal. lib. 4. cap. 23. n. 14. & Barbosa cit. art. 2. n. 43. Quintò demum, ut iudex, cujus jurisdictionis extenditur, sub eodem Principe sit, *cit. Barbosa art. 3. n. 162. Oliva p. 3. q. 14. n. 67.**

Etsi verò hæcenus declarata jurisdictionis prorogatio Jure generali approbata sit, ei tamen non in omnibus causis est locus. Imò non desunt, qui ejus jus usu cum tempore sublatum, & propterea jurisdictionem hodie, postquam multæ ipsius fructus esse ceperunt, prorogari nequam posse, censeant apud Bruneman in l. Si convenerit cit. n. 3. quòd causæ ad sua tribunalia à iudicibus Ordinariis hodie possint & soleant avocari. Verùm, quia Ordinarii, sicut hoc, ita etiam, si velint, causarum avocationem omittunt, & alienum iudicem adire volentibus consentire possunt, *arg. c. Significasti cit.* prorogationi etiam hodie, non solum quoad locum & tempus: sed quoad causas etiam & personas locus erit, ut idem & alii DD. relatis tradit Magnificus antecessor D. Manzius, *Decis. Palat. q. 93. n. 20.*

De Jure autem etiam, locus ipsi non est. Primò in causis Feudalibus, controversis inter duos vassallos: in quibus, quoties Dominus directus iudex competens est, istò non consentiente facta jurisdictionis prorogationem non valere, cum *Panormit. in c. cit. n. 12. & Baldo in c. Caterùm 5. de Judic. & alii negant. cit. Maranta n. 25. & Barbosa art. 3. n. 156.* cum ob reverentiam, Domino debitam à vassallis: tum ob præjudicium, si causa ipsi spe-

ipsi specialiter competens, ab alio iudice pertractaretur.

208. Secundo, ei locus non est in causis ipsi Principi reservatis, in signum supremæ jurisdictionis & potestatis Regalis; has enim, uti etiam quacunq; ex causa ab ipso ad se advocatas & suæ cognitioni reservatas causas per viam prorogationis in alium transferre non permittit irreverentia, quæ earum prorogatione ipsi irrogari videtur. Covarruvias in *Reg. Possessor p. 2. §. 2. n. 7. V. Tertia, cit. Maranta n. 20.* & Barbosa à n. 34.

209. Tertio, in causa Appellationis; cum enim istius natura sit, ut gradatim *l. Imperatores 21. pr. ff. §. c. Dilecti 66. de Appellat.* & ab inferiore ad istius superiorem fiat, Panormit. in *eandem Rubr. n. 2.* iudex, qui iudicis, à quo appellatur, superior non est, adiri & cognoscere non poterit, an bene appellatum & malè iudicatum sit ab inferiore, sibi non subiecto, Felinus in *c. P. §. G. cit. n. 7. cit. Maranta n. 22.* & Oliva n. 99.

210. Quarto, Baldus in *l. Si quis 7. C. de Episc. aud. n. 6.* & alii Prorogationi locum esse negant in causis Criminalibus; cum propter *l. Si quis cit. ibi, In Civili duntaxat negotio & l. In Criminali 5. C. de Jurisdic. omn. iud. quâ causa Criminalis ad rei forum dicitur deducenda; & merito; quia, prorogatione in ejusmodi causis permittâ, via aperiretur fraudibus; cum delinquens, sibi faventis iudicis jurisdictionem prorogandò, facile evaderet pœnam magnò præjudiciò Republicæ, cujus interest, crimina non manere impunita, *l. Iravulneratus 51. ff. ad L. Aquil. §. c. Ut fame 35. de Sent. Excom.* Quæ ratio apud me tantùm potest; ut quantumvis propter Juris, jurisdictionis prorogationem generaliter permittentis, Regulam ei etiam, cum de crimine agitur, quantum ea partibus actori & reo,*

præjudicat, locum esse, Bartolo in *l. 1. ff. de Judic. n. 9.* Panormit. in *c. P. §. G. cit. n. 15.* hósque secutus Claro *§. fin. 42. n. 1.* & Barbosa in *l. 1. cit. art. 4. n. 2. §. 6.* affirmativam tventibus haud ægrè concedam: in præjudicium tamen Republicæ & ipsius iudicis eam non valere; ac proinde iudicem, cui criminis punitio aliàs competit, de eo ad suum tribunal per accusationis aut inquisitionis viam delatodenuo cognoscere & legitime probato condignam pœnam infligere posse, existimem cum Baldo *l. cit. & hunc secutus Maranta p. 4. dist. 6. n. 60.* & Oliva *cit. q. 4. n. 62. in fine.*

Quinto, Hostiens. in *Summa hujus Rubr. 217.* & Ant. de Butrio in *c. Significasti cit. n. 10.* prorogationi locum in Spiritualibus esse negant; ut alieni iudicis Ecclesiastici jurisdictioni, sine proprii consensu, se subijcere etiam laici non possint: quod tamen, sicut in Sacramentalibus, v.g. susceptione Ordinum, absolutione à peccatis mortalibus & in assistentia matrimonii certum est, per text. *§. Placuit post can. 1. can. Nullus Primas, q. 2. c. Nullus 3. de Procurat. c. Omnis 12. de Penit. §. c. fin. de Temp. Ord. in 6. & Trident. Sess. 24. cap. 1. de Reform. matrim. ita*

Dubium controversumq; est de non 212. Sacramentalibus v.g. decimilibus, Juris patronatûs, aliisque spiritualibus causis; in his enim alieni iudicis Ecclesiastici jurisdictionem in se extendi à laico posse, cum Panorm. in *c. Significasti cit. n. 15.* defendunt duo Barboisæ, Petr. in *l. 1. cit. art. 3. à n. 206.* Augustin. in *c. cit. n. 5. §. 10.* propter *c. cit.* textum, à Regula, alieni iudicis prorogationem in se generaliter permittente, *l. 1. §. l. Consensisse cit.* clericos duntaxat excipientem. Unde argumentò à contrariò ductò intertur, eam laicis concessam, etiam respectu iudicis Ecclesiastici, *l. Si quis cit.*

Q 2

Verum,

Verùm, licet Opinio hæc de Jure omnino probabilis sit, consuetudine tamen, quæ ambigui Juris optima interpretatio est, in spiritualibus, & quibuscunque causis, ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, prorogationem à laicis neque fieri, neque admitti, testis est *cit. Oliva n. 84.* De Jure etiam proprii judicis consensum exigi, non obscure desumitur ex *can. Scriptum 6. q. 3. & can. Nullus cit.* quibus textibus Episcopus alienum Parochianum seu Dioecesanum, sine proprii Prælati consensu, sicut ordinare, sic & judicare, nullò inter Sacramentales & non Sacramentales causas factò discrimine, prohibetur: & meritò; cùm alicujus quoad prorogationem inter eas differentia congrua ratio non habeatur. Imò in causis spiritualibus alienum judicem sine proprii consensu adiri generaliter non posse, ratio congrua est; quòd, ut *n. 98.* dictum, jurisdictionis spectans causas spirituales immediate collata sit à solo Deo: quæ autem à solo Deo accepta est, prorogabilis non sit, ut cum Baldo *in c. Si qui cit. in fine & Maranta p. 4. dist. 12. n. 23.* arguit Oliva *l. cit.* Neque obstat *c. Significasti cit.* quia inde à contrario deductum argumentum contra *cit.* & huic adversantes textus vim non habet.

213. Dubium secundò est, an Clerici in se prorogandò extendere valeant jurisdictionem judicis Secularis. Posse id saltem cum consensu Episcopi, desumi videtur ex *can. Clericum 2. & can. Clericum nullus, 11. q. 1.* ubi clerici ad talem judicem trahi & apud eum pulsari prohibentur, Episcopo non permittente. Unde hoc permittente id fieri posse, à contrario inferitur. Accedit; quòd Laico committi & delegari ab Episcopo possunt causæ merè Civiles & pecuniariæ, quæ inter, vel contra clericos & Ecclesias moventur, secundum Glossam *in c. Decer-*

nimus 2. de Judic. Cur non etiam de ejus consensu jurisdictionis ab his in se prorogari?

Sed hac in re passim à DD. recepta est Glossa *fin. in c. Significasti*, quam cum Panormit. *in c. cit. n. 29.* & Baldo *in l. 1. C. de Indicta Vid.* & alius sequuntur Clarus *§. fin. q. 36. n. 10.* Covarruvias *Præf. cap. 32. n. 2.* Barbosa *cit. art. 3. n. 173.* & Oliva *cit. q. 14. n. 84.* negantes, id fieri posse, etiam Episcopo consentiente; ac proinde opus esse consensu Papæ.

Rationem *cit.* Glossa reddit, quia sicut clericus non potest renuntiare privilegio Fori, concessio in favorem totius Ordinis seu status Clericalis, *c. Si diligenti cit.* ita id diminuere, aut clerico renuntianti efficaciter consentire nequit Episcopus perinde, ut consentire nequit in Privilegii Canonis renuntiationem: cujus ratio ulterior est; quia Jure communi statuta relaxare Episcopus regulariter non valet, *arg. Clement. Ne Romani 2. de Elect. & c. Cùm inferior 16. de Majorit.*

Neque contrarium evincunt pro eo allegati textus; quia, ut omittam; quod in iis vocem *Maximè* subintelligi velit Glossa *fin. in c. Significasti cit.* ut, inquam, hoc prætermittam, *c. Si diligenti cit.* laicis declaratur, id spectatò Jure Decretalium, non licere, ut notat Glossa *fin. in c. Qualiter 17. de Judic.* neque esse locum argumento à contrario, quando illati contrarium Jure expressum est, probè advertit *cit. Panormit. n. 24.*

Neque paritas est inter Delegationem & Prorogationem; quia Imprimis Episcopus delegans retinet sibi jurisdictionem: non item consentiens in aliena jurisdictionis prorogationem; cùm per hanc jurisdictionis à consentiente in alterum transferatur: jurisdictionem autem clericos respicientem in laicos transferre, sicut clericis inferioribus, ita etiam Episcopis non sit permittum, *c. Si diligenti cit. & c.* Deinde; quia

quā delegatus, cum nihil habeat proprium, iudicat nomine & autoritate Episcopi delegantis: ad quem etiam à delegato appellatur, l. 1. §. l. fm. ff. *Quis & à quo appell.* iudex autem partium consensu prorogatus iudicat nomine proprio, ab eoque ad ipsius superiorem laicum: non ad Prælatum Ecclesiasticum appellatur, Panormit. in c. *Decernimus 2. de Judic. n. 5.* Demum; quia prorogatio seu extensio jurisdictionis fieri non potest, nisi ad similem, sive ejusdem Ordinis jurisdictionem: jurisdictione autem Secularis dissimilis & diversi ordinis est ab Ecclesiastica; ac proinde ad hanc extendi, partium & Episcopi etiam consensu non potest, Panormit. in c. *Significasti cit. num. 25.*

215. Dubium tertio est, an clericus in se prorogare saltem valeat jurisdictionem alieni iudicis Ecclesiastici. Dubitandi ratio desumitur partim à paritate laicorum, in iudicem non suum consentire valentium, consensu sui iudicis Secularis non requisito, l. 1. §. l. *Consensisse cit.* partim; quòd clerici id possint tacite, non solum casu, quò in ejus diocesi delinquant, c. *Postulasti 14.* sed etiam, quò in certo loco se soluturos promittunt; tum enim coram istius loci Ordinario conveniri possunt, c. *Dilecti 17.*

Sed his rationibus prævalet decisio c. *Significasti cit.* alienæ jurisdictionis Ecclesiasticæ in se extensionem clericis, sine Ordinarii sui iudicis licentia non permittentis: est iudex, cujus jurisdictionem in se extendent, esset Metropolitanus, c. 1. in 6. cuius pr. disertè habetur, Archiepiscopum de causis subditorum suffraganei sui absque istius licentia cognoscere non posse: licet illi in eum consentirent. Id autem statuendi ratio fuit; ut vitetur regiminis Ecclesiastici confusio: propter quam clerici ratione Ordinis, beneficii &

officii Ecclesiastici Prælato suo multò magis subiecti sunt, quàm laici magistratui suo Seculari, ut in c. *Significasti cit.* notant Laïman n. 2. & Gonzalez n. 8.

Quare enervis est ratio desumpta à paritate laicorum, præsertim postquam his alieno iudici Ecclesiastico in causis spiritualibus se subijciendi facultas dignoscitur esse adempta.

Neque urget; quòd id clerici valeant tacite, sive ipso factò, quando in aliena diocesi delinquant, aut ibi se soluturos promittunt, c. *Postulasti & c. Dilecti cit.* quia his casibus non tam ex sua voluntate & consensu, quàm ex dispositione Juris alterius diocesis Ordinario subijciuntur: quantumvis aliàs regulariter minor vis sit taciti, quàm expressi, Innocent. in c. *Dilecti cit. n. 2. & Panormit. n. 4.*

Dubium demum & non infrequentis usus controversia est; an clerici & præsertim Religiosi exempti & Papæ immediatè subiecti, per viam prorogationis subijcere se possint Ordinariorum jurisdictioni. Satis convenit inter DD. hoc sine consensu Papæ, à quo exempti sunt, eos non posse in pertinentibus ad jurisdictionem contentiosam, Panormit. in c. *Significasti cit. n. 12. cit.* Barbosa art. 4. n. 43. & Oliva n. 90. In pertinentibus etiam ad voluntariam, cujusmodi sunt absolutio à peccatis & censuris, dispensatio in votis, juramentis, irregularitatibus, legibus sejuniorum, recitatione Breviarum &c. id eos non posse, cum cit. Panormit. n. 11. idem defendunt Rodriguez Tom. 1. *Regul. q. 36. art. 5.* & Suarez de *Votà cap. 11. n. 7.* Moventur duplici ratione, Una est; quòd per privilegium Exemptionis jus acquiratur ipsi sedi Apostolicæ, c. *Cum venissent 2. de In integ. restit.* ubi Exemptionis privilegium non tam ipsorum Exemptorum, quàm dictæ sedis jus dicitur esse: juri autem istius-

renuntiare, eive derogare exempti non possint, per non minus clarum textum *c. Cum tempore 5. de Arbitris* ibi, *Cum, cessi sponte volueris, de jure nequiveris sine licentia Romani Pontificis renuntiare privilegii & indulgentiæ libertatis*. Altera; quod in exemptos jurisdictionem Episcopus non habeat, nisi in casibus Jure expressis: per viam autem prorogationis id fieri posse, Jure nusquam sit expressum.

218.

Sed, licet hæc sententia de rigore Juris verior, æquitate tamen spectata, Sylvester *V. Absolutio 5. n. 2. Sanchez Lib. 4. Moral. cap. 39. n. 3. & Laiman in c. Significasti cit. n. 3.* Regularibus exemptis facultatem adstruunt pro absolutionibus & dispensationibus obtinendis, saltem cum has concedere nequit proprius Prælati, cum istius licentia diocesis Ordinario se subjiciendi: nisi ad Papam aut istius Legatum, jurisdictionem in exemptos habentem, facilis esset recursus. Rationem reddunt; quod, cum Exemptionis privilegium per se & directe etiam in favorem Religiosorum Ordinum concessum sit, æquitati & Papæ intentioni conformis non sit ademptio facultatis, in ejusmodi casibus pro absolutione vel di-

spensatione ad Episcopum recurrendis cum, ne, quod concessum est in favorem, in eorum dispendium retorqueatur, contra *Reg. Quod ob gratiam 61. in 6.* tum verò; ne Exemptionis privilegio deterior reddantur Regularibus non exemptis, ejusmodi gratias multò faciliùs obtinentibus, quam ipsi, si eas neque à proprio Prælato Regulari, neque ab Episcopo consequi valentes, ad sedem Apostolicam semper recurrere deberent.

Neque, ut vim magnam habeat, hujus doctrinæ æquitati objecta ratio adversatur; quia exemptis ad prædicta, casu, quò aliunde obtineri facile non possunt, petenda ab Ordinariis: & his ad ea concedenda non deest consensus Papæ, saltem tacitus; & meritò præsumptus ex ratione allata, & privilegiis etiam Apostolicis; quibus à Papa, quod tacite velle meritò præsumi potest, variis Ordinibus Religiosis expressè est concessum, teste Sanchez *l. cit.* Accedit; quòd Episcopus, privilegio seclusò, omnium suæ diocesis Regularium Ordinarius sit: & res ad primordiale suam naturam facile revertatur.



TITVLVS III.

De Libelli Oblatione.



Udicium late sumptum, inchoatur à Rei ad Forum competens Citatione: quæ in causis præsertim Civilibus committitur

ad instantiam seu petitionem Actoris, portectò Judici libellò, intentionem suam declarantis.

ARTICULI.